

# COMMEN

TARIUS IN POSTERIOREM

*D. Pauli ad Theſſal. Authore Chriſto*

*phoro Hoffman Onoltz*

*pachio.*

Eiuſdem aliud ſcriptum, de uera  
& falſa religione, ei loco qui eſt in po-  
ſterioris Epistoſe ad Theſſalonicen.  
cap. ij. de impoſturis & tyranni-  
de graſſantis in Eccleſia Anti-  
chriſti, reſpondens.

FRANCOFVRTI EX OFFI-  
cina Petri Brubachij, Anno

M. D. XLV.



08.6.11.3664

# ILLV

STRISSIMO PRINCIPI AC  
Domino, D. Ioanni Friderico, sacri Romani  
Imperij Electori, Duci Saxonie, Landgra-  
uio Turingie, Marchioni Misnie, ac Burga-  
grauio Magdeburgensi, &c. Domi-  
no suo clementissimo. Chri-  
stophorus Hoffman

S. D.



Surpat haftenus per  
multa temporum se-  
cula, Illustriss. Prin-  
ceps, Ro. Pōtifex pri-  
matum sibi in Eccle-  
sia, sed quem nullo, ne  
que diuino neque hu-  
mano iure occupatū  
tener. Nulla item equi-  
tate aut iusticia eundem defendit, sed tan-  
tum iniquissima tyrānide. Noxiū pręter-  
rea & exitiosum Ecclesię. Ius em̄ diuinū  
istius execrandi primatus nullum potest  
ostendi. Quin etiam Episcopi diuinis le-  
gibus prohibentur, ullam dominationē  
sibi Euangelij aut Ecclesię prætextu que

a ſ

## E P I S T O L A

rere. Quanta igitur audacia & quantum scelus est, iactare diuinum ius, quod sedulo Ro. Pontifex in suis constitutionibus facit, & nullum istius primatus usque esse, aut ostendi posse, sed esse potius contrarium & repugnans? Igitur non potest suffragari Pontifici aliud ius, nisi Antichristianum: (de humano iure paulo post dicemus,) quo etiam regnare cernimus illum, & late grassari, omnia Ecclesie dirae tyrannide uastare, & ipsis quoque mundi Imperatoribus dominari.

Non ignoramus, quae scripturae testimonia, iactet uanus, atque ostendet inaniter Papa, pro suo execrando primatu fulciendo et confirmando, sed corruptissime omnia & uiolentissime a uera scripturae sententia detorta. Miris modis autem consentientia mysterio iniquitatis, de quo Paulus uaticinatus est. ij. Thes. ij. cui uidelicet exactissime quadrat. Quia in alieno sensu, quam traditae sunt a Deo, mendacium et seductionibus patrocinantur, atque eo exactissime quadrant. Id quod iam dudum ex multorum scriptis, etiam indoctis & pueris palabile factum est. Exempli gratia, primum haec sententia producit: Tu es Petrus, & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam, Matthaei. xvi.

## NVNCVPATORIA.

thæi xvi. Deinde coniungitur illa, Ioan. ult. ad Petrum: Pasce oues meas. Verum his dictis, aut similibus alijs, tam iuuatur & stabilitur Papæ primatus, quam illo ipsius Cain, Gen. iij. Insurrexit Cain aduersus fratrem suum Habel, & interfecit eum: aut si quid minus respondet ei Papæ proposito, quod mihi suo loco explicandum est. Immo longe plus affinitatis habet Papæ propositio, de sua dominatione, cum dicto Cain, q̄ cum mandatis Christi, quorū memini: nam etiā cum mā datis Christi nihil quicquam habet.

Porro humana authoritate nō potuit Ro. Episcopo talis primatus deferri, quali utitur, & qualem arrogat atq; defendit sibi. Nec licuit Papæ talem quærere, qui etiā si ultro ipsi oblatus ab uniuersis totius orbis hominibus fuisset, non potuisset iure suscipere eūdem, certe pro boni pastoris officio debuit execrari eundem & fugere, multoq; minus ambire, sectari & defendere talem. Vt antea Gregorius fecerat, Ro. Ecclesię, huius nominis, primus Episcopus, hac in re profecto longe melior & sanior, quam posterius eius, usq; ad hæc tempora, fuerunt.

Creuit quidem hominum authoritate Pontifex, nunc in synodis, nunc ab Im-

## EPISTOLA

peratoribus promotus: sed nūquam talis illi primatus oblatuſ est, qualem ſuū eſſe uult uideri, ac credi requirit, eū quē nunc tener. Sed &, ut antea dixi, nō potuit talis, ulli in terris Epifcopo deferri. Et ſi aliqſ tolerabilis ulli Epifcopo oblatuſ eſſet, nō debuit Ro. Epifcopo magis donari, q̄ aliq̄, ut Conſtantinopolitano, Antiocheno, aut Moguntino, &c. Ut aut̄ imperiū ſupra uerbum Dei nulli Epifcopo cōcedi debuit: Ita nunq̄ pertinuit ad Epifcopos ſecularis dñationis poteſtas. Hoſ em̄ Chriſtus etiā uetat ac prohibet imp̄ria huius mundi gerere aut adfectare. Et Epifcoporum lōge diuerſiſſima functio eſt, a ſecularis poteſtatis dominatione.

Sed quid Pontifex interea agit? Totas Eccleſias, uniuerſales ſynodos, oēs Epifcopos, quin etiā ipſum uerbū Dei, & ſeculares q̄q̄ principes, ſuę unius libidini ſubijcit ridēdos, calcādos atq̄ edomandos. Deniq̄ arrepta inſaniēdi occaſiōe, uel opiniōe, uel arrogātia ſui primatus, quiduis cū quibuslibet, & oīm ordinum hoibus, agēdi, uniuerſos moleſtare cōpit. Dederat aut̄ fortaiſis hāc occaſionē illi Imperator Phocas, non tñ ſua uoluntate, quod certū eſt, ſed per inconfyderātiā. Nec aliud ius proſe habuit Pōtifex, niſi

## NVNCVPATORIA.

nisi quod aliud adiecit, plenum fraudis & iniquitatis, quod surrexerat iste impostor, ut Antichristi omnes nequicias adimpleret.

Verum ne quis existimet, fuisse aliquam istius primatus in Ecclesia, quo Pontifex dominatur, necessitatem aut utilitatem, adijcio nunc breuiter, huius nullam uel necessitatem uel utilitatem unquam fuisse, sed eo constituto, insuperabile damnum secutum esse, in quo usque hodie Ecclesia hæret, quin etiam circumfusa & obruta iacet, ut non nisi paucissimis contingat uere emergere. Nam Rom. Pontifex in ipsum quoque Dei uerbum censuram & iudicium sibi sumit, quod unum uniuersas creaturas iudicat, a nemine iudicandum & nulli subiectum, ne Angelis quidem. ij. Cor. x. Hebr. iij. Gal. i. &c. Deinde unus supra aliorum omnium hominum iudicia se attollit, & recusat iudicari ab ullo, quantumuis excellentis authoritatis homine. Quia nec scripturarum tractatibus cedit: quantumuis pure, recte, utiliter atque integre explicent scripturas: ut etiam ipse interim multas myriades fidelium animarum perdat.

Omnibus ponit leges; non prohibitus nec uniuersalibus synodis, nec autoritate aliorum Episcoporum, ac ne quidem

## E P I S T O L A

uerbi Dei. Tum etiã uocat sacrosanctas  
 & inuiolabiles constitutiones, sua licet  
 multis modis impia, iniqua, Pharisaica,  
 minimeq; ferenda mandata. Insuper &  
 de articulis fidei solus autoritatẽ sumit si  
 bi pronunciandi, ut statuatur unus, quid re  
 cipiendum aut repudiãdum sit. Usurpat  
 etiam potestatem mutãdi, ne dicam cor  
 rumpendi, ipsum usum Sacramentorum,  
 qui a Christo institutus est, & apud ue  
 ros Christianos inuiolabilis esse debet  
 ac permanere semper. Deniq; de scriptu  
 rã sententia pronuncians, sine scripturis  
 omnia loquitur, definit ac determinat,  
 plerunq; etiam scripturã sententiam dã  
 nat, & fingit tamen ueram illius intelligẽ  
 tiam in scrinio pectoris sui reconditam  
 esse, ut aliunde depromi non possit. Hu  
 ius sacrilegæ & superbissimę præsum  
 ptionis nihil potuit Imperator Phocas  
 Ro. Pontifici donare, ut certum est nec  
 uoluisse. Qui etiamsi quid talium rerum  
 uoluisset aut donasset illi, friuola tamẽ &  
 irrita statim in sui ortu fuissent. Nihil em̃  
 potest hominum autoritas, contra Dei  
 ordinationes. Ac constat, quod Chri  
 stus, cuius est supra omnes autoritas &  
 potestas, Episcopis nihil cõcedit, nisi ut  
 ministris Euangelij & Sacramentorum.  
Solutus



## N V N C V P A T O R I A .

Solus enim in regno suo audiendus est, in quo ipsi quoque huius mundi Reges & Imperatores nihil prorsus habent mandare.

Iam uero quis credat, Imperatorem Phocam uoluisse ex Ecclesiæ Romanæ Episcopo Regem mundi creare? Tantū abest, ut Cæsaribus dominantem & imperitantem. Non potuit suspicari Phocas Ro. Ecclesiæ Episcopos aliquando per occasionem concessi primatus tanta rabie & furore in illam animi superbiam, audaciam, temeritatem consiliorum & factorum potuisse efferi, in quam per uenerunt. Quid uero, aut quales fecerit Ro. Episcopos Phocas non magnopere curo, ut rem, de qua superuacaneum est & inutile curiosius disputare. Quanquā facile intelligi posse opinor, id statuisse secum ea de re Phocam, semper melius consultum iri Ecclesiæ, si certus quispiam Episcopus designatus esset, quem alij audirent & sequerentur, certa tamen, & æqua ac tolerabili lege: Non qui unus in omnibus, more Dei alicuius, recipiendus esset.

Pontificem enim Phocas, ut arbitror, uoluit esse, inspectorem & iudicem doctrinarum præcipuum quædam, hoc est, rectum, uerum, iustum, æquum, scriptu-

## EPISTOLA

ræ ueritatem defendentem ac propugnã  
 tem, tum nihil aliud. Atq; utinã talis sem  
 per quispiam supremus in Ecclesia fuisset,  
 sed ille ipse iudicio Ecclesiæ semper  
 subiectus mansisset. Vt si defecisset ipse a  
 iusto, uero & æquo, corripì & corrigi ab  
 alijs potuisset. Nisi hic dicas mihi, Phocã  
 contentiõnis improbitate & molestia,  
 qua ipsum sollicitauit Bonifacius Papa,  
 huius nominis tertius, fatigatum & fra  
 ctum, permisisse Ro. Pontificibus suum  
 primatum: quicquid tãdem fieret aut de  
 cerneretur de Ecclesiæ rebus. Modo Ro.  
 Imperio sic nihil decederet, nec minuere  
 rur eius potestas. Sed illud potius exi  
 stimo, pro mea sententia, sedem Ro. Ec  
 clesiæ delectam fuisse ab Imperatore,  
 (quanquam aliud spectante & quærente  
 Bonifacio, in primatus postulatione.) ut  
 illius semper esset, tanq̃ alicuius primæ,  
 nõ solius tamẽ, iudicare res Ecclesię, ma  
 xime autem omnium doctrinas. Vtq; di  
 rimeret cõtentiones, & discordias seda  
 ret, discerneret ueras doctrinas a falsis, pi  
 as & salutare ab impijs & noxijs. Deni  
 que oĩa hæc p̃ scripturas a Deo traditas,  
 non potestatis prærogatiua, aut quauis  
 alia temeritate. Atq; adeo uicissim aliorũ  
 sententias audiret, & meliora adferenti

## NVNCPATORIA.

in medium, nunquam non cederet.

Porro autem certum est, Phocam in Cæsares nullam Pontificibus potestatem concessisse. Quin potius iussit illos Cæsarium potestati perpetuo subiacere, & illorum auctoritate eos institui semper & confirmari debere, quicumque tandem ad sacerdotalem, seu Pontificiam functionem, ut illa idonei ac digni, fuissent electi. Quod ius etiam retinuerunt sibi diu Romani Imperatores, donec Pontifex & Cæsarem & Reges eligere, uocare, instituire, ordinare & creare cœpit. O rerum iniquissimas atque infaustas uices. Quid obsecro potuisset Ecclesiæ Catholicæ Christianæ eque calamitosum accidere? quid ita funestum, atque Pontifices illius, relicta gregis Christi cura, fieri Dominos rerum, & mundi Imperatores.

Hæc ad tuam celsitudinem illustrissime & clarissime Princeps deferimus inspicienda & iudicanda, atque ad aliorum optimorum Christiani orbis principum iudicia & sententias. Tū in hoc calamitoso tempore rogamus uestram defensionem; adferte opem miseræ, laboranti, afflicte & propemodum extinctæ Ecclesiæ, nisi quantum nunc beneficio uerbi Dei reuiuiscit. Sed adhuc uaria iniquitate & tyrā-

## EPISTOLA

nide premitur, atq; ita indiget uestro auxilio, piaq; defensione. Vestrum est autē omnino periclitanti Ecclesię succurrere, & hanc Ro. Pontificum libidinē, de qua loquor, compescere & coercere. Adhęc curare & efficere, ut doctrinę Euangelij puritas & integritas, uestro fauore ubiq; liberrime regnet.

Nos interea pro doctorum Ecclesię officio istorum fraudes, qui decipiūt, seducūt & perdūt Ecclesias, ac simplicitate indoctę plebis miris modis abutunt, nō segniter retegemus. Atq; hoc ipsum certe arbitror me in mox subiecto scripto non nihil præstitisse, quod tuo celeberrimo nomini dicare statui, ut illo exornatum, a pluribus cognoscendum & iudicandum rapiatur. Quo enim a pluribus controuersię religionis Christianę cognoscuntur, eo faciliorem & certio rem uictoriam nobis promittimus. Quod ipsi quoq; aduersarij nostri plane intelligunt, atq; ob id prohibēt in suis Regnis, Principatibus & ditionibus, ne quis hęc talia, aut nostror; alia scripta cognoscat.

Spero autem profuturum etiam hoc meum scriptum nonnullis, si forte ab aliquibus legat. Quod fieri equidē uelim non ob aliam causam magis, q̄ q; gloriam  
riam

## NVNCPATORIA.

riam gratiæ Christi adserit contra suos hostes, & pro recuperanda, ad Ecclesiarum profectum, Christiana libertate nõ omnino frigide pugnat: ac deniq; quia & Principum honores, contra Ro. Pontificum Antichristianas fraudes & tyrānides, non segniter tuetur. Precamur autem ut Deus consilia & actiones uestras, atq; omnium gubernatorum fortunet.

Te autem ipse Dominus Iesus Christus seruet nobis diu incolumem & saluum, præcipuum hoc tempore & rarum suæ Ecclesiæ solatium. Bene uale, inclyte Princeps. Idibus Aprilis.

Anno Domini, M. D. xlv.

PRAECIPVI LOCI HVIVS  
commentarioli.

Fides & dilectio sunt duæ primæ & summæ uirtutes Christianorum, tum quòd dilectio ex fide oriatur, folio	7.
Exemplis & imitatione in Christianis exerci- tjis quomodo utendum	11.
Patientiæ commendatio	13.
De gloriatione Pauli, ex re per officium bene gesta	15
De afflictionum utilitate	19.
De tēpore nouissimi iudicij, & quæ forma illius	21.
Apostasia quid, & q̄ necesse fuit eam ante ex- tremum iudicium fieri	28.
Diaboli horrendum imperium in hominem	31.
Nomina & descriptiones Antichristi, & faci- norosarum operationum eius	31.
Homo peccati & filius perditionis	32.
Species & tituli pietatis in Antichristo	33.
Baptismum in Papatu utilem fuisse, ac usum e- ius rectum & integrum.	34.
Quid sit aduersarium agere, & extolli supra Deum	36.
Visio Prophetica Danielis septimo, de proprie- tatibus Antichristi, & de bestia quæ Rom. Imp. adumbrabat	

<i>adumbrabat explicatio</i>	40.
<i>Antichristi impietates ipsis etiam Apostolorum temporibus cœpisse</i>	43.
<i>Pontificia tyrannis audax &amp; temeraria</i>	45.
<i>Pontificiæ imposturæ uirtute spiritus Christi reteguntur</i>	46.
<i>De signis mendacibus Antichristi &amp; de causis ipsorum</i>	47.
<i>De diuina electione</i>	51.
<i>Fides ueritatis à Paulo quæ dicatur</i>	52.
<i>Fides insigne &amp; rarum Dei donum</i>	56.
<i>De necessitate oratiõis exēplo Pau. docemur</i>	58.
<i>Inordinate qui se gerant &amp; de ociosis</i>	59.

**F I N I S.**



AD LECTOREM BRE-  
uis admonitio .

Sequens scriptum ita partiar. Principio , inte-  
grum commentarium in posteriorem D. Pauli ad  
Thessalo. præmittam. Mox alium separatim adij-  
ciam, de uera & falsa religione: in quo plenius tra-  
ctabo Rom. Antichristi imposturas , quàm facere  
statueram in priore commentario. Tum ita tracta-  
bo, ut eo loco Paulinæ Epistolæ, potissimum  
respondeat, qui est cap. 2. de impostu-  
ris & tyrannide grassantis  
Antichristi, grassantis, inquam, intus & in  
ipsa Ecclesia Electo-  
rum Dei.



# COMMEN

TARIUS, IN POSTERIOREM  
D. Pauli ad Thessalonicenses.

AVTHORE CHRISTOPHORO  
Hoffman Onoltzpachio, Illustrissimi  
Principis Do. Ioan. Friderici,  
Electoris, Saxoniae ducis,  
aulico concionatore.



VÆ extant D. Pauli Epistolæ ad Thessalonicenses, quarum posterior est prioris quædam coronis & complementum. Nam suo argumento cõplectitur multa, quæ in priore Epistola pertractantur, eisque adposite respondent. Quædam enim illius repetit, & fusius ac diligentius explicat. Ut illa de cruce & persecutiõibus iustorum in Ecclesia pro Euangelio Christi. Quædam integre quidem de nouo dicit, sed occasione prioris scripti. Ut sunt, quæ habentur in secundo capite, de Regno & Tyrannide gras

## PRAEFATIO.

fantis intus & in ipsa Ecclesia Antichristi, misereque dilacerantis atque uastantis eam. Sunt denique & in tertio capite, quæ habent correspondentia cum his quæ in priore Epistola continentur. Ea uidelicet, quibus agitur de coercendis & comprimendis ociosis istis & curiosis, qui nihil operis faciunt, & scelerate de eleemosyna Ecclesiæ uiuunt.

Nam hæc quoque pars & copiosius & diligentius perscribitur in posteriore Epistola, quam factum est in priore. Si quidem in prioris Epistolæ quarto capite modeste & paucis admonuerat istos sui officij, ut & decore ambularent, & nemini graues atque oneri essent. Sed (ut adparet) nihil aut parum profecerat ea admonitione. Idcirco enim denuo & acerbius scribit talibus, iubens simul, quomodo sint tractandi, ab ea quæ est Ecclesiæ pars sanior.

Hæc fere est summa argumenti Epistolæ eius, quæ habetur posterior, scripta ab Apostolo Paulo, ad Thessalonicenses. Nam quia nondum nactus erat opportunitatem illos inuisendi (& si hanc quæsierat sedulo) sed impeditus certis alijs negotijs arripere eam non potuit, ut liquet ex his quæ sunt. i. Thess. cap. ij. placuit Apostolo,

## PRAEFATIO.

postulo, nouo alio scripto illos consolari, & contra quæuis scandala munire. Primum, ne in afflictionibus, quas graues pro Euangelio Christi perferabant, succumberent, & a fide deficerent. Etsi ea ipsa de re non leues consolationes in prioris Epistolæ scripto illis dederat.

Deinde, quoniam in prioris Epistolæ consolatorio argumento tradiderat quædam, de futura resurrectione mortuorū, deque aduentu iudicis Christi in gloria & perfecta liberatione iustorum, ac diserte exposuisset, quod dies ille iudicij & gloriæ Christi, qui erit consummatione salutis iustorum hominum, & sempiternæ perditionis reproborum, uenturus tandem esset tanquam fur in nocte, hoc est, subito & tempore inexpectato, seu repentina præter omnium expectationem ac celeratione, tum reperti sunt quidam, qui asseruerant hanc Apostoli, interpretati sunt, de temporibus tunc instantibus, quasi dies ille Christi iam in foribus esset, non diu post secuturus, & uiuentibus adhuc illis quibus Paulus scripserat.

Istorū itaque errori occurrit Apostolus, & diligenter uetat, ne Thessalonicenses in illā opinionis inanē ac falsam persuasionem ulla ratione induci sese patiantur:

## PRÆFATIO.

illud simul declarās, oportere antea graf-  
fari in orbe Christiano Antichristum, &  
sua simulatiōe, fictionibus, technis, frau-  
dibus & imposturis uastare Ecclesiam  
Dei, q̄ dies ille iudicij & gloriæ Christi  
adpariturus esset.

Postremū in eos inuehitur acrius, qui  
propemodum facti erāt incorrigibiles,  
& suo impio ocio ac perfida curiositate  
statum Ecclesiæ a se Apostolo & delega-  
to ministro Euangelij Iesu Christi ordi-  
natum & constitutum labefactabant &  
corrumpebant. Nam qui tales sunt, in  
Ecclesia bene instituta ferri haudquaquā  
debent, nedum, qui tali iniquo ocio no-  
xij sunt alijs, & libidini suæ & ambitioni  
inleruiunt tantum, atq; alijs damnum æ-  
ternæ perditionis inferunt: nempe, fu-  
res & Latrones, ut adpellātur a Christo.  
Qui per auariciam fictis uerbis quæstum  
in Ecclesia faciunt, ut describuntur, secū-  
da Pet. secundo.

## ALIA PRÆFATIO DE *Epistole argumento.*

**D**Octrinam de iustificatione nostri  
coram Deo, non explicari in po-  
steriore Pauli ad Thessalonicen-  
ses, Lectori per se notū est, ut nec  
in

## PRÆFATIO.

in priore eiusdem Epistola explicatur. Ex quo uidere est, eam ipsam doctrinā, cum primis necessariā in Ecclesia, Thessalonicenses purā adhuc & illæsam atq; integram retinuisse. Nec morum paræneses, aut præcepta bonorum operum, quæ ad pœnitentiæ prædicationem pertinēt, & tradi alio qui & præscribi illis, qui doctrina fidei in Christum sunt imbuti, solēt, ulla in posteriore ad Thessal. proponuntur. Nisi pauca illa, de opere faciēdo, ut ordinate ambulemus: & nostro sudore panem nobis quæramus. Nam de alijs bonis & necessarijs operib. in prioris Epistolæ scripto, satis superq; egerat.

Sed primum caput eam consolatiōem cōtinet, qua succurrit denuo afflictis Apostolus, ne ob persecutionum grauitatem & diuturnitatē quidam in desperationem frangerētur, & a fide in Christum deficerent. Nam in exercitium fidei, spei & charitatis his afflictionum perturbationibus & cruci permittimur a Deo Christiani, atque ut speciosius, & magis preclara laude, honore et gloria cū Christo exaltemur, puehamur, & in cœlestis regni sedibus coronemur, ultione interea Dei immissa in malos, fidei Christianæ persecutores, & hostes glorię Domi

## PRAEFATIO.

ni Iesu Christi. Neque enim deerit tandem pijs, qui pro nomine Christi afflictionem passi sunt, iusti & æterni premij compensatio, ut nec iustæ & debitæ pœnæ retributio malis. Istis maxime, qui Ecclesiam DEI & DOMINI Iesu Christi persequuntur, destruunt, lacerant, diruunt ac uastant misere. Id quod copiose docet Paulus capite primo.

Porro, in secundo capite ea tractantur, quæ declarant, oportuisse primum defectionem fieri & sæuire in Ecclesia, quouis scelere, superbia, & uiolentia tyrannidis suæ Antichristum, quam ipse DOMINVS IESVS cum gloria sua manifestandus est. Docetur item, nec Antichristum grassari in Ecclesia & uastare pleno imperio omnia potuisse, quam amoueretur antea, qui eius insanis furoribus obstabat, atque impedimento erat. Quid uero oporteat defectionis nomine intelligere: aut quis sit Antichristus ille, de quo Paulus proprie & insignite scribit: denique quis ille, qui amoueri debuit, & præsens nequiciam Antichristi remouebatur, infra in Epistolæ enarratione

ne

## PRAEFATIO.

ne conabimur propitio CHRISTO IESU explicare.

In reliquis secundi capituli agit gratias Deo Apostolus, pro eo beneficio suae gratiae, ex quo non obscure intelligebat Thessalonicenses ad salutem aeternae vitae percipiendam electos fuisse: quos etiam hortatur ad perseverantiam, qua retinebant fidei dogmata, ac permanebant in eis, quae didicerant in Evangelij sermone ab Apostolo, & fide receperant. Sed cum omnis uirtutis laus sit a Deo, claudit eum locum cum adiuncta precatione, qua hoc orat Thessalonicensibus, ut diuinitus confirmentur ipsorum corda, & proficiant opere & doctrina.

Tertio capite, praeter superius memorata, requirit, ut & precationes pro se Apostolo faciant: eo fine, ut auxilio diuino adiutus, possit Evangelij sermonem & rectius & liberius docere, adeoque cum maiore discen-  
tium fructu: maximeque, ut ne impediatur ab importunis istis & malis hominibus, qui doctrinae Evangelij cursum nunquam non remorantur. Nam huiusmodi

## PRÆFATIO.

pestes communis Ecclesiæ salutis, & gloriæ Dei hostes, nullo tempore non fuerunt, ut tali precatione pro Euāgelij Doctoribus, & prædicati uerbi Dei fructu, nunquam nō habeamus opus. Sane hoc tempore cum primis illa indigemus, ut in quo Pontifices simul & Reges Ecclesiam oppugnant, & uerbi Euāgelij prædicationem abolitam quærunt. Prece-  
mur itaq; & nos, ut ipse Dominus Iesus Christus, pro sui nominis honore & gloria, itemq; pro suæ Ecclesiæ incolumitate, istorū furoribus, impietati & dementiæ resistat, & rueatur, defendat & conseruet suos. Amen.

Exhortationi ad precationem adiecta est proxime consolatio, qua Paulus significat, quod Deus confirmet & defendat illos, qui Euāgelio credunt. Quāquam sint pauci numero, & specie contempti, uidelicet, pauperes, ignobiles, et insipiētes, & multis alijs nominibus abiecti iuxta carnem. Quemadmodum & i. Cor. i. describuntur. Alij autem, quos habent aduersarios, sint numerosi, diuites, potentes, nobiles & sapientes carne, adde etiam, sua opinione iusti & cæteris sanctiores. Nam istos notat, cum inquit: Non enim oīm est fides. Et uere pios cōsolatur,



solat, mox adijciēs: fidelis autē Deus est, qui cōfirmabit uos, & custodiet a malo.

Cum igitur nunquam non sint increduli quidam, & hostes gratiæ Dei, & doctrinæ Euāgelij, qui Ecclesiam Iesu Christi cruce & persecutionibus prægrauāt, consolationem ex hac Pauli doctrina capiamus & nos, ut quæ testatur, quod Deus in quantumcunq; grauib; persecutionibus suos omni auxilio & consolatione nunquam destituit, sed defendit & seruat a quouis malo.

In Epistolæ fine scribit de noxijs istis & importunis hominibus, q̄ suo impio & scelerato ocio Ecclesię ordinē, a Christo & Apostolis constitutum, turbant: illum uidelicet, ut qui Euangelium annūciant de Euangelio uiuant, cæteri ualentes & robusti laborent manibus suis, opus faciant, & suum panem manducent, ne cui sint molesti aut graues. Qua de re antea abunde satis dixi. Quanquam autem Paulus præcipiat, ut qui tales sunt se ueriter corripiātur, tñ Ecclesiā, quæ sanior est, admonet, ut illa correptionē istos interim fraterne tractet. Ita docet enim, ut per oēm occasionem oim salutē cōsulamus, ut si q̄ emēdari queāt, eos ad pœnitentiā & correctionē sui reducamus.

# CAP. I

**P**AVLVS & Siluanus & Ti  
motheus.

Ecclesiæ Thesalonicensium in  
Deo Patre et Domino Iesu Christo.  
Gratia uobis & pax, à Deo Patre no  
stro, & Domino Iesu Christo.



**T**in priore ad Thes  
salonicenses Paulus,  
ita in posteriore ordi  
tur, retinens eandem  
subscriptionis, inscri  
ptionis & salutatio  
nis formam. Quapro  
pter has Epistolę par  
tes, in prioris enarra  
tione a me expositas, hic paucis solum  
modo pertractabimus, ne penitus inta  
ctas relinquamus.

Proinde in subscriptione trium auto  
ritate munit & corroborat Epistolę do  
ctrinã, sui cū primis, ut Apostoli, imme  
diate a Christo Iesu missi. Deinde, & Sil  
uani ac Timothei, ut discipulorũ, a se A  
postolo

postolo Iesu Christi ad probatoꝝ, & q̄s pro fidei Doctoribus Euāgelij ipse q̄q; Thessalonicensiu Ecclesie recipiebant, et cōsolationibus eorū libenter utebant̄.

Inscriptio testat̄, Epistolā primitus ei Ecclesie destinata fuisse, quæ in Thessalonica cōcordi fidei unitate unum Deū Patrē & Dñm Iesum Christū adorabat, quæ que promissorum Euāgelij fidem retinebat. Ut in quibus solis continet̄ Christianæ iusticiæ & æternæ uitæ doctrina. Nec enim potest sine illorum noticia & fide quisq; Ecclesie beatorum Dei Patriis & Dñi Iesu Christi recte adnumerari.

Iam uero non minus destinata esse omnibus nobis existimemus, quæ in Deū Patrē & Dñm Iesum Christum fide præditi sumus. Et haud scio, an magis proficiat nunc Ecclesie, quæ his postremis tēporibus reuelati Antichristi legit Epistolā, q̄ unq̄ profuit. Nā sine ea uix satis cognosci potuisset, nunc sc̄uens in Ecclesia, furens Antichristus, ac uastans illam.

Salutatio est imprecatio quædā diuini fauoris & donorū eius. Nā gratia significat illū fauorē diuinę bonitatis, qua oībus Ecclesijs adest, et remittit pctā ppter Christū illis q̄ credūt in eū. Cōplectit etiā donationē Spūs sancti, & inchoationē

COMMENT. IN II. EPIST.

nouæ, spiritualis & æternæ uitæ. Pax est animorum tranquillitas & certitudo, de adprehensa reconciliatione cum Deo & adepta æternæ uitæ fœlicitate, proueniens homini ex promissorũ Euāgelij fide.

Significat etiã reliqua dona Spiritualia, atque eam prosperitatẽ, qua singulis certa a Deo corporalia dona contingunt: deniq; quicquid est beneficiorum Dei, ut quæ omnia per Christum accipimus. Ipso quoq; autore & largitore omnium cum Deo Patre, non tm̄ mediatore.

Gratias agere debemus Deo semper pro uobis fratres, ita ut dignum est, quod ualde crescit fides uestra, & abundat charitas, uniuscuiusq; uestrum, erga uos inuicem.

*Exordia paulina à gratiarum actione.*

Ita fere orditur Paulus, & in alijs suis scriptis, a gratiarum actione, agens cum illis quibus donum iustificationis contingerat. Quemadmodum hoc loco prædicat Thessalonicensium uirtutes, fidem et dilectionem, ac retinens suum morem, & exẽplo nos erudiens, de glorificando Deo, pro suis donis. Exempla similium exordiorum nihil opus est recitare, ut quæ sunt

AD THESSAL. CAP. I. 7

Sunt nota & obuiã legētib. Pauli scripta.

Cæterum fides & dilectio sunt duę pri  
 mæ & summæ uirtutes Christianorum, *De fide & di  
 lectione.*  
 altera per Euāgelium, & altera diuina le  
 ge docetur. Loquitur enim Apostolus  
 de fide acceptante Euangelij promissio  
 nem, quæ est specialis illa, iustificans im  
 pium & peccatorem. Dilectionem uero  
 eam prædicat, quæ est legis plenitudo.  
 Itaq; per fidem consequimur remissionē  
 peccati & æternam uitam, nomine Chri  
 sti, quemadmodum in Euangelio doce  
 mur. Atq; ita iusti censemur, & sumus fi  
 lij Dei & hæredes fœlicitatis æternæ. *Abac. 2.  
 Ioan. 1. &c.*  
 Di  
 lectione autem fidei uirtutē exercemus,  
 & facimus mandata legis, Deoq; debi  
 tum, & iustum cultum, recepti in gratiã  
 per fidem, præstamus. Ideo ex his dua  
 bus uirtutibus reliquæ Christianorum  
 omnes promanant, & fiunt gratæ atque  
 acceptæ Deo.

Nec potest sine fide quisquã Deo pla  
 cere. Nō enim accepti sumus illi, per me  
 rita factorum nostrorum, sed per suam i  
 psius gratiam, quæ præstita est nobis in  
 Christo Iesu. Per fidem autem illi place  
 re dicimur, quia hæc adprehendit & ac  
 ceptat Euangelij promissionem, de re  
 missione peccati & donatione æternæ

COMMENT. IN II. EPIST.

uitæ, quæ nobis promeruit Seruator  
 Christus. Et quæcūq; opera, etiam sacra-  
 tissima illa Decalogi, a Deo præcepta,  
 & a Christo & Apostolis prædicata, sine  
 dilectionis spiritu facimus, sunt hypocri-  
 tarum iusticiæ & inutiles cultus. Iuxta il-  
 lud Christi, Matt. v. Dico uobis: Nisi ab-  
 bñdauerit iusticia uestra plusquam Scri-  
 barum & Phariseorum non intrabitis in  
 Regnum cœlorum. Loquitur enim de ius-  
 ticia, quæ est diuina lege præcepta, & in  
 Decalogi mandatis prædicatur, cuius sum-  
 mus & Christiani debitores. Paulus ita-  
 que prædicans dilectionem, loquitur de  
 operibus Decalogi, ac sentit de tota o-  
 bediētia nostra, interna & externa, inter-  
 na cordis, & externa obedientiæ facto-  
 rum nostrorum. Nam quæ præcepta  
 sunt nobis a Deo bona opera, debent  
 perfici ex amore Dei legis & proximi.

*Dilectio ori-  
 tur ex fide.*

Sed is amor nullus potest haberi, sine  
 fide in Christum. Oportet enim ut Deū  
 placatum nobis, remittere peccata et do-  
 nare æternam uitam, fide per Christum  
 ante omnia nouerimus, neq; prius, aut si-  
 ne hoc sensu in nobis, dilectionis spiritū  
 consequi possumus. Et quoniam dile-  
 ctio oritur ex fide, dicimur conditi esse  
 per Christum Iesum ad opera bona, quæ  
 præpara-

AD THESSAL. CAP. I. 9

preparauit Deus, ut in illis ambulemus. Ephe. secundo. Sunt igitur coniunctæ uirtutes, fides & dilectio, necessariæ in Christianis. Ideo qui altera caret, ambabus carere conuincitur, & nihil esse coram Deo. Sicut qui uacui sunt dilectionis, Deo placere nō possunt, & procul dubio uera quoq; fide in Christum destituuntur. Nam fides, quæ coram Deo ualet, res est per charitatē efficax, ut docetur Gal. v.

1. Cor. 13.

Necessariam autem utramq; uirtutē facimus, tam fidem quam dilectionem, non quod dilectione, aut factis operum nostrorū, ut est fidei coniuncta, remissio nē peccati & uitā æternam mereamur, fide em̄, ut dixi, per Christum, hæc diuinæ gratiæ beneficia consequimur, sed quod fides, & ex fide præstita dilectio exuscitant, alunt & conseruant in nobis spem salutis æternæ uitæ. Non quod spes nostra dilectione nitatur, sed quod iusticia bonæ conscientiæ nulla est sine dilectione, qua amissa neq; fides neq; spiritus sanctus retineri tandem possunt. Nā qui flagitiose uiuūt, & operibus dilectionis destituuntur, quæ præstare potuerūt, habent peccatum perpetuo redarguens & accusans ipsos intus corā Deo, Id qđ

Gal. 5. 6.

Matt. 25.

LUC. 16.

COMMENT. IN II. EPIST.

excudit tandem fidem & ipsum adeo spiritum sanctum, & gignit desperationē. Neque quisquam talium potest regni Dei hæreditatem consequi.

Oritur autem & spes æternæ salutis, ex sola in Christum fide, qui uidelicet est spes nostra. i. Timoth. i. Et consummata salus nostra. i. Cor. i. Proinde in Christum credimus, ut per fidem nominis eius remissionem peccati & uitam æternam obtineamus. Dilectionē uero alijs finibus præstamus, nempe, glorificandi Dei studio & faciendi eius mandata, quæ nemo impune negligere aut contemnere potest. Quapropter, ut præcepta obedientia alit et conseruat fidem & spem: ita neglecta & posthabita excudit utramque hanc uirtutem, & conijcit in desperationem. Etsi iustificatio nostri coram Deo, & quod sequitur inde præmium iusticiæ æterna uita, sint dona gratuita diuinæ beneficentiæ per Christum.

Huc facit illud. i. Ioan. iij. Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, si dudiciam habemus ad Deum, et quicquid petierimus accipiemus ab eo. Quoniam mandata eius custodimus, & ea, quæ placita sunt coram eo, facimus. Et hoc est mandatum eius, ut credamus in nomine filij



filij eius Iesu Christi, & diligamus alterū  
trum, sicut dedit mandatū nobis. Et qui  
seruat mandata eius, in illo manet, et ipse  
in eo. Et per hoc scimus, quod manet in  
nobis, per spiritum quem dedit nobis.

Ita Ioannes prædicat iusticiam bonæ  
conscientiæ, qua destituuntur, quos cor  
suum, seu conscientia prauis operis & ini  
qui facti, reprehendit & accusat: nempe,  
rebelles & inobsequentes Dei mādatis.  
Nulla enim aliunde hominibus consciē  
tia peccati est, aut iusta cordis reprehē  
sio, nec esse debet, nisi ex transgressione  
mandatorum Dei. Hypocritæ enim co  
lunt Deum doctrina & obseruatiōibus  
mandatorum hominum, & timent Deū  
illorū uiolatione, ubi non est timendus.  
Adhæc coniungit dilectionem cum fidē  
Ioannes, & utramq; uirtutem prædicat  
necessariam: Quia utramq; testatur præ  
ceptam esse a Deo. Ac dicit, in eo manē  
re Deum, qui per obedientiam mādato  
rum eius in Deo manet. Hoc est, non fa  
uere Deum aut propiciū esse, nisi ei, qui  
uera in Christum fide præditus est, & di  
lectionis uirtute, quæ proximi necessita  
tibus dedita est, nō est destitutus. Postre  
mum docet idem Apostolus, quod præ  
sentia Spiritus sancti declaret, manere in

COMMENT. IN II. EPIST.

nobis Deum. Iam uero qui Spiritu sancto præditi sunt, faciunt Dei mandata. Nam spiritus ille uiuificat corda nostra, & facit obsequentes nos & obtemperantes Dei mandatis. Ita ut scriptum est in Prophetis, & quemadmodum liquet ex ijs, quæ sunt Gal. v. de fructibus spiritus.

Summa. Fide iusti dicimur & sumus, eaque sola. Eo quod Christiana iusticia, qua beati efficimur coram Deo, est ipsa peccati & delictorum nostrorum remissio, quam promeruit omnibus Seruator Christus, precium semetipsum dans & satisfactionem pro nostris peccatis. Deinde, quia illa ipsa remissio peccati, seu iustificatio nostri, quæ fit ex aliena beneficentia, ut dictum est, a nemine aliter accipitur aut obtinetur, nisi per fidem in Christum: quæ comitem habet ueram illam dilectionem, qua studio glorificandi Dei, et honore nominis Iesu Christi, obedientiæ mandato, rum legis additi sumus, ac necessitati et utilitatibus proximi seruiamus.

Ideo si quis doctrinam de iustificatione nostrorum coram Deo explicet, is recte docuerit, iustificationem illam fieri gratuita remissione nostri peccati per Christum, seu imputatione alienæ iusticiæ, uidelicet Christi, qui peccati remissionem sui sanguinis

sanguinis effusione nobis promeruit. Tū ipsam adeo fidem in Christum, esse iusticiam, qua foelicitatem æternæ uitæ cōsequimur. Quāquam autem & dilectio est iusticia, siue potius fructus iusticiæ, in illis qui Euangelio credunt, præcepta Dei lege, non est tamen caussa remissionis peccati, sed propitiator Christus. Nec consequimur per eam æternæ uitæ donum, sed per Christum, quatenus in hunc credimus. Quapropter in synceræ dilectionis præstatione longe abesse debemus, ab impijs opinionibus merendi nostris factis seu operibus, gratiam, aut æternam uitam.

Est autē spiritualis cultus dilectio, præstita ex fide, & habet sua p̄mia in cœlis. Nec de aliorum operibus existimandū est, q̄ habitura sint sua & certa præmia post hanc uitam coram Deo. Per se enim in nemine tanta est, ut possit Deo placere, multo q̄ minus hominē illi reconciliare, quæcunq̄ obedientia seu dilectionis uirtus a nobis habetur. Sed opera, seu facta nostra, quatenus a nobis fiūt ex fide placati Dei Patris p̄ Christū, grata sunt & accepta corā Deo. Nā oēs iusticię nostre per se sunt immundę & imperfectæ, & in iudicium Dei reuocatæ nō possunt

1. Pet. 2.  
Luc. 16.

COMMENT. IN II. EPIST.

non reprehendi. Sicut testatur illud prophete. Psal. cxliij. Et ne intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Item illud Christi. Luc. xvij. Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt uobis, dicite, serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. Denique, quæ exstat copiosa disputatio, de imperfectione nostræ iusticiæ, Rom. vij. In Christo autem sunt noui & spirituales cultus, uidelicet, renatorum, quibus sunt remissa peccata. Tum etiam, quibus non imputatur, si quid imperfectionis habent, dum modo permaneant in fide, & pergant in studio proficiendi, ut subinde melius præstent, quod bene cœperunt.

Obseruemus etiam laudari a Paulo in Thessalonicensibus, quod in fide & dilectione ualde crescebant. Nam illæ uirtutes subinde augetur, & recipiunt sua incrementa, donec perficiantur. Neque factus est subito quisquã perfectus totus, siue in fide, siue in dilectione. Sed & quã diu in carne uiuimus, non pertingimus ad earum perfectionem, quemadmodum & paulo ante docuimus, opera nostra habere omnia suam quandam immun-  
**ficiendi**

ficiendi tempus est, in quo omnibus nobis enitendum est ad Christianam perfectionem, idque agendum est in omni uita nostra, donec carnalitas nostra penitus aboleatur, & in nouos homines exuscitemur. Maxime uero in hoc rogandus est a nobis Deus continuis preceationibus, ut confirmet & corroboret nos, ac faciat crescere in uniuersa Christiana pietate, donec uelit nos ex hac uita migrare, quæ adhuc est carnalitatibus plena, & ad perfectionem iusticiæ deducere, tandemque præmium illius conferre in cælis.

Porro hæc omnia nos, si Christianis exercitijs delectamur, rapiemus in exemplum & imitationem. Primum, a persona Pauli, ut pro eisdem, aut similibus alijs donis, si quæ aut nobis aut alijs contigerunt, gratias agamus Deo, tum pro nobis, tum etiã pro alijs. Hoc enim maxime conuenit & dignum est, ut Deum pro donis suis glorificemus, tum quæ in nos contulit, tum etiam quæ in alios. De inde, ut nunquam beatiore nos esse existimemus, aut ullos homines, quàm cum his ipsis donis, seu uirtutibus a Deo donatis, hoc est, uera in Deum per Christum fide, ueraque dilectione adornati fuerimus, in eisque crescendo perseuerauerimus. Ne

*Exemplum  
& imitatio.*

COMMENT. IN II. EPIST.

putes exiguā rem esse , pro qua nos suo exemplo Apostolus docet gratias agere, et glorificare Deum. Nam & Christiani sumus his uirtutibus , & foelicitatis æternæ efficimur hæredes: si tamen crescēdo permanserimus in illis . Quicumque enim perseuerauerit usque in finem , hic saluus erit. Matth. xxiiij.

Postea respiciamus in exercitia alia Thessalonicensiu, & alia exēpli imitatione glorificemus Deū Patrē nostræ , & redemptorē Christū Iesum, hoc est, doctrinæ fidei in Christū simus studiosi ac ueri alumni, & amplectamur eā toto cordis desyderio, & sanctarū scripturarū tractatione cōfirmemus. Ut hæc quoq; laus tribuit a Luc. Thessalonicēsisibus, Act. xvij. Ad hæc supplicationibus ad Deū institutis & factis, rogemus pro perfectione fidei & officiorū dilectiōis : tum etiā, ne in crucis & afflictionū difficultatib. ab his exercitijs pietatis deijciamur. Si tñ didicimus, Deū uere esse autorē & largitorē istorū donorū. Sciamus fide in Christum aboleri pctm̄ & mortē: & dilectionem, quæ inde orit̄, nō esse uacuum uirtutem. Ac pbemus illam uere adesse nobis, nepe: simus alij in alios mutuis dilectionis operibus propēsi; fraterna charitate feruentēs,

uētes, egenos uagosq; hospicio suscipiamus, pascamus famelicos, nudos uestiamus, quisq; pro sua facultate. Tristes cōsolemur, remittamus offensas, si q nos lēserunt, quemadmodū & Christus cōdonauit nobis, ita & nos: fide imbecilles suscipiamus & cōfirmemus, lapsos erigamus, pusillanimes consolemur: errantes reducamus ac leniter corripiamus, siue, ut Paulus inq̄t, spū māsueto. Summa, oībus seruire & pdesse, quacūq; occasiōe, & quantū per nos fieri pōt, studeamus.

Hæc sunt enim uera & utilia dilectionis exercitia, opera & facta: & præcepti a Deo, & debiti cultus, q̄s illi exhibeamus. Neque uult, neque amat, aut delectatur a nobis glorificari alijs cultibus, quam quos ipse præcepit. Ac notum est hæc dilectionis obsequia nos debere, amicis pariter & inimicis, bonis, malis, gratis & ingratīs. Ita tamen, ut domesticorum, & cōmuni in Christum fide nobis coniunctorum primam rationem habeamus. Neq; prætextu dilectionis, aut præceptæ nobis a Deo obedientiæ, in fauorē impiorum hoīm quicq̄ admittamus contra Dei uoluntatem. Siquidem Deo in oībus primus honor & prima

Matth. 9.

Rom. 12.

LUC. 14.

COMMENT. IN II. EPIST.

Si quis uenit ad me, & non odit Patrem suum, & Matrem & uxorem & filios & fratres & sorores, adhuc autē & animam suam, non potest meus esse discipulus.

Et qui non baiulat crucem suam & uenit post me, nō potest meus esse discipulus.

Act. 5.

Et Apostoli respondent Magistratibus, impia præcipientibus; Obedire oportet Deo magis, quam hominibus. Rursus Christus præcipiens Matthei xxij, Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo; discernit auctoritatem Dei a Cæsaris auctoritate, ac primas Deo iubet deferri; Cæsari autem illa sua, quæ Deus ordinauit & iussit illi reddi, quæ qualia sint, docetur Rom. xij. Neque permittit fieri in Cæsaris fauorem, quæ uoluntati Dei aduersantur & pugnant.

Non est igitur ociosa doctrina, in illa Pauli gratiarum actione. Quia ut glorificat Deum Patrem & pro gratiæ beneficijs celebrat; ita erudit discentes utiliter, ac uocat ad imitationem. Vtrumque autē pulchrum est & dignū, quod præcipuo studio urgeant Christiani, & summa diligentia propagent. Nam & debemus cōfessionem suę laudis Deo, & gratiarum actionem, tum pro donis quæ nos adepti sumus, tum etiā pro illis, quæ alij obtinuerunt;



nuerunt. Inuocationem quoque, ne celestis gratie donis nostra socordia indignos nos faciamus, aut nostro uicio sterilescent, que accepimus, sed ut copiosum fructum inde faciamus. Quanquam autem hec fidei et dilectionis exercitia rideant hypocrite & Pharisaici spiritus, tanquam ieiuna & nihili opera: & alia sibi deligant, per que sint in admiratione apud homines, & pro iustis habeantur, tamenos sciamus uere magna esse coram Deo & placita illi; nec ita uulgaria, ut a fastuosis spiritibus esse finguntur. Quinetiam sunt talia, ut homini uere pietatis studioso, nunquam relinquat ocium ad alia se conferendi.

Ita ut nos ipsi de uobis gloriemur in Ecclesia Dei, de patientia uestra & fide, in omnibus persecutionibus uestris & tribulationibus, quas sustinetis in exemplum iusti iudicij Dei, ut digni fiatis regno Dei, pro quo & patimini.

His aliam uirtutem fidei predicat Apostolus Paulus, nempe, patientiam in calamitatibus corporalibus, quas Thessalonicenses pro nomine & gloria Christi

COMMENT. IN ILEPIST.

perferabant. Sed hic obseruet primū pię  
gloriationis exemplū in Ecclesię docto-  
re, cui inserta est deinde consolatio illa,  
sumpta a testimonio, seu documento &  
declaratione, iusti iudicij Dei Patris no-  
stri, quidelicet ille liberaturus est tãdem  
suos, quos homines impij afflixerunt, & e-  
os impios æternis cruciatibus punitu-  
rus. Quapropter, ut recte cœpit a grã-  
actione, pro iustificatione. Ita pulchre &  
decēter progredit̃ ad illam gloriationē,  
qua in alijs Ecclesijs exultãs prædicabat  
& gloriabat̃, quantum per Euangelij ser-  
monē apud Thessalonicē, fructificasset.

*De gloriatio-  
ne Pauli, ex  
re per officii-  
um bene ge-  
sta.*

Non igitur erat superba & uana ia-  
ctantia illa Apostoli Pauli gloriatio, sed  
pietas, qua uerbi Dei fructū dignis præ-  
conijs uehebat, & laudabat utiliter: & ip-  
sis adeo Thessalonicensibus gratulaba-  
tur, quia ita & in tantū confirmati essent, ut  
nulla periculorum aut persequentium se-  
atrocitate ad fidei defectionē frangi pos-  
sent. Hoc uero quid erat, nisi eius totius  
uirtutis laudē Deo ferre acceptā? Nam  
hoc est docere, qua uirtute efficax est in  
nobis Deus, omne beneplacitum suum  
in nobis perficere, & constantiam illam  
operari, qua perseuerantię uirtutē in per-  
secutiōe declaramus. Hoc enim facit, per  
uerbi

uerbi sui potētiā & gloriā, cuius habet ministros & dispēfatores, tum Apostolos, tum etiā alios Ecclesiæ doctores.

Iam etiā Apostolum Paulū in hac ipsa gloriatiōe nō spectare principaliter nisi Dei laudē & uerbi Euangelij gloriā, a se quidem Apostolo Iesu Christi prædicati, uel ex eo liquet, q̄ mox ab huius Epistolæ initio orsus est a gratiæ actione, qua uniuersam Thessalonicensium uirtutē retulit ad gloriā Dei. Nihil igitur iactabat, tanq̄ de sua priuata uirtute, sed tanq̄ de uirtute uerbi Dei. Aut certe, tanq̄ de testimonio bonæ conscientiæ, qua officio & munere docēdi recte & fœliciter usus fuerat. Nouerat Doctores sine Dei uirtute nihil posse, immo nihil neq; cogitare utiliter, nedum conari aut efficere cum fructu, nisi quicq̄d Deus per illos operatur. Sunt em̄ cooperarij Dei, Ecclesiæ autem, Dei agricultura & ædificatio. Et cœlestis agricola ille solus plantatis & rigatis per Apostolos dat incrementum.

Quapropter non uoluit Paulus aliqd arrogare sibi de hac tanta laude, qua Thessalonicenses patientiam & fidem in summis corporalium persecutionū difficultatibus retinebāt, sed testari, Deū sua unius uirtute & potentia in electis suis

2. COR. 3.

1. COR. 3.

COMMENT. IN II. EPIST.

per sermonem Euangelij, cuius ipse Doctorem egerat, efficacem esse. Et tamen sciebat, quod profectus credentium est aliquousque piorum Doctorum gloria, & ambiendam esse eam laudem, qua testimonium bonę conscientię, de officio fideliter prestito, retineas. Non sunt enim boni aut fideles Ecclesię ministri, qui non hoc agunt, ut aliquam laudem officij fideliter prestiti, & rei foeliciter gestę, obtineant. Ut in repub. ciuili Principes hoc agere debent, ut cum summa laude celebrari eorũ uirtutes, & labores quos sustinent, & pericula quę subeunt, pro subditorum incolumitate, possint, & ipsi adeo in conscientijs, & apud alios, illam defendere, & utiliter predicare.

Matth. 25.  
Ezech. 3.

Nam & dedecus est, & condemnatio nis pœna illos sequetur, qui desideres nullum officium bonorum Ecclesię Doctorum in Ecclesia fecerunt, quanquam dispensatio illis commissa fuit. Affectent igitur & querāt eam laudem Ecclesię Doctores, qua non immerito ipsi predicare de se possint, quod fidelitatem & probitatem in officio seruarint & prestiterint. Idq; existiment summę glorię esse sibi coram Deo & Ecclesia, ut etiam Paulus arbitratur, i. Thess. ij. Ita scribit enim eo lo-

co. Quæ est enim nostra spes aut gaudium aut corona gloriæ? Nonne uos coram Domino nostro Iesu Christo in aduentu eius? Vos enim estis gloria nostra & gaudium. Et de Philippensium uirtute, Phil. ij. Lucetis tãquam luminaria in mũdo, uerbum uitæ retinentes, ut glorier in die Christi, quod non in uacuum cucurri, neq; in uanum laboraui.

Est rursus aliud, quod laudabilem efficit Apostoli gloriationem. Quod em̄ coram Ecclesijs gloriatur de Thessalonicensium patientia & fide, quas uirtutes retinebant in maximis summarum persecutionum difficultatibus, id facit ut etiam alios animet ad exempli & pulcherrimę uirtutis imitationem. Hoc est, tam patientiæ in tribulationibus, quam fidei in illis tribulationibus retenti. Et hoc ipso argumẽto hortat subocculte Thessalonicenses ad ulteriorem perseuerantiã, quam retineant ad huius uitæ finem usq;. Proinde, hoc exemplum nos quoque docet, quotquot uerbum Dei discimus, qualem & qualiter oportet præstare singulos obedientiam erga diuini uerbi Doctores, si modo salutem æternę uitæ consequi uelimus, nimirum talem & taliter, dictę sumus obedientes, & obtem

COMMENT. IN II. EPIST.

peremus eorum doctrine & salutaribus  
 monitis, ut bene sperent & gaudeant ip-  
 si quoq; de fructu suorum laborū: neq;  
 perturbemus illos, q̄s habemus uigiles  
 & custodes salutis aīarū nostrarū. Vt etiā  
 docet, Hebr. xii. Obedite prepositis ue-  
 stris & cedite eis. Ipsi em̄ uigilāt tanq̄ rō-  
 nem pro aīabus uestris reddituri, ut cum  
 gaudio hoc faciāt, & non gemētes. Hoc  
 em̄ nō expedit uobis. Sed nūc de afflicti-  
 onū corporaliū fructu, in illis q̄ patientiā  
 retinēt ac manēt ī fide, seorsim dicamus.

DE AFFLICTIONVM

*utilitate.*

**A**fflictiones corporales non sunt  
 eiusdem generis. Aliæ enim acci-  
 dunt nobis pro honore & gloria  
 noī Christi, alię ut castigati em̄  
 demur. Et rursus alię alia de causa; idcir-  
 co multiplex est illarū oīm fructus, in il-  
 lis qui patientiā retinēt & fidē. Sed Apo-  
 stolo Paulo, in hoc cōtextu quē explica-  
 mus, de illis prioribus, quas iustinemus  
 pro honore noī Christi & Euāgelij glo-  
 ria, potissimū sermo est, quę etiā præbēt  
 uberiorē materiā gloriādi de afflictioni-  
 bus & exercēde patientię ac spei in Deū.

Primū em̄ est ingēs gloria & fœlicitas  
 pro

pro Christi noīe afflictioēs pati: & sequūtur illas etiā ingētia p̄mia in cœlis. Iuxta illud Petri: Coīcantes Christi passiōibus gaudete, ut & in reuelatiōe glorię eius gaudeatis exultantes. Si expbraū uobis Christi nomē, beati eritis. Itē: Nemo uestrę patiaū ut homicida, aut fur, aut facinorosus, aut insidiator. Si autē ut Christianus, non erubescat: glorificet autem Deum isto nomine. In id respicientes Apostoli, Act. v. uirgis cęsi, ne loquerētur in nomine Iesu, discedebant gaudentes, quod digni habiti essent pro nomine Iesu contumeliā pati. Nam & talibus dicitur, Mat. v. Gaudete & exultate, qm̄ merces uestra copiosa est in cœlis. Atq; eas afflictioēs p̄dicat Paulus eximium donum Dei esse. Phil. i. Quia uobis donatū est pro Christo, ut non solum in eum credatis, sed etiam pro illo patiamini.

Iam etiam nulla patiētia adesse nobis potest, nisi expositi uarijs afflictionum periculis probemur. Idcirco & ad experimentū nostri, & p̄bationē affligimur: quod & Petrus docet, i. Pet. i. Exultate, cū paulisper nūc affligimini uarijs tentatiōibus, ut p̄batio fidei uestrę multo preciosior pereunte auro, quod per ignem probat, reperiatur. Et Paulus testatur, q̄

*Fides*

*Patientia*

## COMMENT. IN IL EPIST.

materiam præbeant exercendę patientię & spei in Deum. Rom. v. Gloriamur in afflictionibus, scientes quod afflictio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio uero spem. Spes autem non confundit.

Placuit igitur Deo suos uarijs tribulationum tentationibus obijcere, ac ueluti atterere per illas, ut illa probatiōe sui patientiam exercent & declarent, & spem salutis firmam concipiant. Quę afflictionum utilitas tanta est, ut maior esse nequeat. Non quod spes salutis firma afflictionum nostrarum meritis nitatur, sed quod patientia amissa, quę præstanda est in afflictionibus, testimonium bonę cōscientię, & fides seu spes salutis non possint retineri, & quod in patientia, seu tolerantia afflictionum, bene sperare liceat fidelibus, seu credentibus in Christum Iesum. Dicit enim scriptura: Omnis qui cū que confessus fuerit me coram hominibus, & filius hominis confitebitur illum coram angelis Dei. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei. Luc. xij. His similia supra docuimus, in loco de dilectione.

De illis afflictionibus, quę in nostri admonitionem & correptionem fiunt, ut  
castigat



castigati emendemur, extant scripturæ testimonia, Prouer. iij. & Heb. xij. Fili mi noli negligere disciplinam Domini, neque fatigeris dum ab eo argueris. Quæ enim diligit Dominus castigat: flagellat autem omnem filium quæ recipit. Si in disciplina perseueratis, tanquam filijs uobis se offert Deus. Quis enim filius, quæ non corripit Pater? Quod si extra disciplinam estis cuius participes sunt omnes filij, ergo spurij & non filij estis. Deinde, Patres quidem carnis nostræ eruditores habuimus, & reuerabamur eos: quin multo magis obtemperabimus Patri Spirituum & uiuemus. Et illi quidem in tempore paucorum dierum secundum uoluntatem suam erudiebant nos, hic autem ad id quod utile est in recipiendo sanctificationem eius. Omnis autem disciplina in præsentem quidem uidetur non esse gaudij, sed mœroris, postea autem fructum fœlicem iusticiæ reddet exercitatis per eam.

Vult igitur afflictiones Deus esse assidue exercitia pœnitentiæ & inuocationis. Idque Dauid intelligens, Psal. cxix. inquit: Bonum mihi quod humiliatus sum, ut discam statuta tua. Et Psalm. cxx. Ad Dominum in tribulatione mea clamaui, & respondit mihi. Ita Ierem. xxxi.



COMMENT. IN II. EPIST.

Castigasti me Domine & eruditus sum, quasi iuuenculus indomitus. Conuerte me & conuertar, quia tu Dominus Deus meus. Postquā enim conuertisti me, egi pœnitentiā &c. Et Esa. xxvi. Dñe in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua in eis. Sicut quæ cōcepit, cum adpropinquauerit ad partum dolens, clamat in doloribus suis, sic facti sumus. Huc facit illud Pauli, i. Cor. xi. Dum iudicamur aūt a Dño, corripi mur, ut non cum hoc mundo dānemur.

Hæc abunde docent, bono nostri cor ripi nos a Deo, tum ut pœnitentiā agamus, tum etiam ut ad inuocationē excitemur. Nam & habent afflictī ingentes promissiones, uidelicet, quod Deus nolit deesse illis inuocantibus se in tribulatione. Vt Psal. xlix. Inuoca me in die tribulationis, eripiam te & glorificabis me. Hæc intelligentes hoc agamus, ne correpti magis induremus corda nostra, sed per conuersionem nostri ad Deum pœnitentiam agamus & inuocemus Dñm. Atq; ita re, quæ plus mœroris habere uidetur, quā utilitatis, in commodum nostræ bene utamur. Cauēdum est enim, ne ruamus in impatientiam & murmura afflictī, blasphemantes iudicia Dei, & simul  
 exclu

excludentes nos a bona erga nos eius et propicia uoluntate.

Iam deniq; etiam illud cōsideremus, quod afflictiones Deus uult esse testimonia doctrinæ, & quod aliud iudicium restet, quo ille æternis cruciatibus puniet malos, & bonis conferet præmia cœlestis & æternæ uitæ ac gloriæ. In hæc futura iudicia respiciamus, quorum nos Paulus diserte admonet, & retineamus patientiam & fidem. Nam ita fit quidem, ut Christus inquit: eritis odio omnibus hominibus propter nomen meū. Item: ueniet hora, ut omnis qui interficit uos, arbitretur obsequiū se præstare Deo. Sed audi mirabilem uicissitudinē, Paulus: sustinetis, inquit, persecutiōes in exemplum iusti iudicij Dei, ut digni fiatis regno Dei, pro quo & patimini.

Cum igitur uideamus Ecclesiam iustorum in hac uita afflictissimam esse, & summis calamitatibus repleti: Item humano more sapientes, magnos & potentes sentire contra illam, ac ueluti conspirare in eius interitum et abolitionem: Sed & impios istos, qui exitiū Ecclesiæ quærunt, fortunari, & præsentium rerū fœlicitate frui, cogitemus restare aliā uitam & aliud iudicium, quo tunc iusti

COMMENT. IN II. EPIST.

ex omnibus malis eripientur & æterna gloria fœlices erunt : Impij autem æternis cruciatibus affligentur. Huc faciunt illa Christi, Ioan. xvi. Tristitia uestra uertetur in gaudium, & gaudiũ uestrum nemo tollet a uobis. Nam ita loquitur illis, qui pro gloria regni Christi afflictionẽ patiũtur. Oportet igitur ut & impij tunc suorum scelex dent sempiternas pœnas.

Arripiamus igitur & nos exemplum laudatissima, pulcherrima & beatissima uirtute imitationẽ. Beatus enim uir, qui suffert tentationem. Quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam uitæ, quã promisit Dominus diligentibus se. Cogitemus etiam breues esse & momentaneas huius temporis afflictiones, in cõparatione cœlestium & æternorum gaudiorum, cum quibus permutabuntur: et ob id magis contemnendas esse. Quem admodum & Paulus docet, ut Ro. viij. Existimo enim, quod non sunt condignæ pœssiones huius temporis ad futurã gloriam, quæ reuelabitur in nos. Et. ij. Cor. iij. Nam momentanea & leuis tribulatio nostra supra modum excellenter æternum gloriæ pondus operatur in nobis, dum non spectamus ea quæ uidentur, sed quæ non uidentur. Quæ enim uidentur

dentur temporaria sunt, quæ autem non uidentur æterna sunt.

Proinde quod Paulus inquit, sustineatis tribulationes, ostensionem seu documentum iusti iudicij Dei, id perinde est ac si dicat: uos ipsi ostensio estis, seu documentum & exemplum, futuri illius & iusti iudicij Dei, quo uidelicet ille redditurus est unicuique iuxta facta sua. Bonis quidem & iustis hominibus præmia æterna uitæ, sceleratis uero, improbis & noxijs, debita sibi æterna suæ ipsorum condemnationis supplicia. Quod Latinus interpres uertit in exemplum, idque non inepte, Græce est, *ἰνδαιγμα*, id est, ostensio, specimen & documentum. Iusti enim, qui afflictiones pro regno Dei patiuntur, sunt exemplo, ostensioni & documento iusti iudicij Dei, quo ille prompta & necessaria ultione uidelicet, punit et malos æternis & ineuitabilibus pœnis, illos maxime qui innocentes afflixerunt, & quidem odio nominis Christi. Et rursus, quo bonos eripiet ex quibuslibet malis, & æterna gloria eos saluabit. Non potest enim non reminisci seruatorum suorum, & non glorificare eos, quorum sanguinem impij ut aquam effuderunt.

Sunt autem digni regno Dei, qui dum

COMMENT. IN II. EPIST.

hic uixerunt, in gloria nominis eius, Dei inquam, fuerunt, seu operando, seu afflictiones perferendo. Eos enim reputat dignos Deus, & si neque uirtutum nostrarum actionibus, neque afflictionibus quas sustinemus, quicquam eius gloriæ promereamur. Sed hæc est bonitas, iusticia & æquitas iudicis Dei, scilicet, ut electorum suorū faciat uindictam. Sed quod est, quod Paulus dicit, iustos pati pro regno Dei? Respondeo, Afflictionum suarum habent præcipuam causam iusti fidem suam, & confessionē nominis Christi, & gloriæ regni eius. Intuentur enim diuinam promissionem, & ne se faciant indignos præmio æternæ uitæ confitentur Christi gloriam. Corde enim creditur ad iusticiam, ore autem confessio fit ad salutem. Quanquam enim nullæ afflictiones per se dignos faciant nos æternæ uitæ præmio & gloria, tamen abnegare Christum, metu præsentium periculorum, peccatum est castigatione æternæ mortis dignum.

Rom. 10.

Rom. 8.

Luc. 12, &c.

Nam iustum est apud Deum retribuere tribulationem his, qui uos tribulant, & uobis qui tribulamini requiem nobiscum.

His

His exponit Apostolus ipse, qd, cur iustū sit, in iudicio illo Dei, de quo proxime scripsit. Quibus mox artexit aliā narrationem, qua differit de tempore & forma illius iudicij, Sunt igitur omnium infœlicissimi & miserrimi homines isti impij, qui iustos persequuntur & affligunt, odio doctrinę Euangelij & nominis Christi, & rursus uere & excellenter beati, qui afflictiones patiuntur pro regno Dei & gloria Christi. Nam si iustum est apud Deum impios & iniustos homines dignis supplicijs retaliare, & pijs ac iustis hominibus requiem ac cōsolationem æternæ uitæ conferre, magna profecto infœlicitas erit omnium impiorū & summa beatitudo piorū. Ad hoc em̄ & iudicium extremi diei deligit a Deo, ut tūc in uniuersum oībus qd de beī reddat, seu præmia iustis, seu pœnæ et eterni cruciatus infidelibus & iniustis.

Est igitur iustum apud Deum, oīm iustissimū iudicem, atq; a deo q̄ solus iuste & recte iudicat terras, & unicuiq; reddit iuxta sua facta, iustū est, inquam, ut puniat nouissimo malos & noxios hoīes, eos maxime, qui Christiani noīs hostes fuerūt, & cursum Euāgelij remorati sunt. bonis autem cōferat requiem & præmia

COMMENT. IN II. EPIST.

cœlestis uitæ, idq; magis, si afflictiones pro Christi nomine passi sunt. Quæ em̄ hæc iusticia aut equitas iudiciorum Dei esset, perpetuo cōnuere, dissimulare, a deoq; tacere ad illa omnia quæ homines impij scelerate & audent & crudeliter designant, & facta ipsorum sanguinolenta nunquam castigare: adhæc, iustorū perpetuo obliuisci, & derelinquere eos in extremis ipsorum calamitatibus, nunq̄ opitulari illis, nullum auxilium & nulla præmia cōferre? Hæc uidelicet non decent summum omnium & iustissimum iudicem. Certum sit ergo omnibus p̄js, restare adhuc illud iudiciū Dei, quo tandem homines iniusti suæ iniquitatis & uiolentæ tyrannidis pœnas dabunt, iustis autem promissa æternæ uitæ præmia tribuentur, quæ accipiant requie sempiterna cum omnibus sanctis in cœlis.

Cum reuelabitur Dominus Iesus de cœlo, cum Angelis uirtutis suæ, in flamma ignis, sumpturus supplicium de his qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt Euangelio Domini nostri Iesu Christi.

Hæc continent descriptionem de tēpore



pore & forma diuini iudicij, adeoq; per  
sonæ iudicis, uidelicet ipsius Domini Ie  
su Christi, Hunc enim constituit Deus iu  
dicem uiuorum & mortuorum, ut Pe  
trus inquit Act. x. Quo etiam faciunt illa  
Pauli, ij. Timoth. iij. Testificor coram  
Deo & Domino Iesu Christo, qui iudi  
caturus est uiuos & mortuos, in adpari  
tione sua & in regno suo. Itē illa ij. Cor.  
v. Omnes nos manifestari oportet corā  
tribunali Christi, ut referat unusquisque  
propria corporis, pro ut gessit, siue bo  
num siue malum.

Porro hoc iudicium non fiet ante cō  
summationē omnium seculorū. Nam ip  
se Dñs Iesus prius nō reuelabit de cœlo,  
ut ex alijs scripturæ testimonijs liquet,  
quorū aliq̄t infra recitabo. Claudet igit̄  
suo iudicio Christus tempora istius præ  
sentis seculi, idq; cōuenit maxime. Nam  
quia unus omnes iudicaturus est, oportet  
ut nouissimum iudicium exerceat, fu  
turum in consummatione seculorum, at  
que ut uniuersis reddat iuxta sua facta.  
Quod nō esset factururus, nisi nouissimus  
iudex uenturus esset in huius mūdi fine.

Sed momenta temporum, huius adpa  
ritionis, iudicij & futuræ gloriæ Christi  
inuestiganda nō esse, & præsciri nō pos

*Tempus diuini iudicij.*

COMMENT. IN II. EPIST.

se, ipse Dominus Iesus testatur Act. i. inquit: non est uestrum nosse tempora, uel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate. Et Paulus, i. Thessa. v. scribit: Dies Domini, sicut fur in nocte, ita ueniet. Nec dissimiliter Petrus, ij. Pet. ij. Adueniet autem dies Domini, sicut fur in nocte. Sed & uerba Christi, de tempore huius futuri iudicij incerto, quo ad momenta & articulos illius, hæc recitantur Marci xij. De die autem illa, uel hora, nemo scit, neque Angeli in cælo, neque Filius, nisi Pater. Videte, uigilate & orate. Nescitis enim quando tempus sit. Etsi ridiculi quidam nuper diem illum, & ipsam adeo horam diei, conati sunt præmonstrare.

*Forma iudicij.*

Ceterum de forma iudicij Christi, hæc sunt apud Apostolum Paulum: Ipse Dominus Iesus, inquit, reuelabitur de cælo cum Angelis uirtutis suæ, in flamma ignis. Id est, exercitu beatorum Angelorum comitatus, quorum tunc utetur ministro, sua uirtute ualidus ac potens in eis. Ut uidelicet de malis supplicium sumat, ultrice flamma & igne inextinguibili. Ad iudicandum igitur non utetur Christus aliqua humana potestate, sed tamen Angelorum ministerio, quos habebit exequutores

exequutores sui iudicij, diuinę uoluntatis & potentię. Quemadmodum & Matthæi xij, docemur: Sic erit in consummatione seculi. Mittet enim Filius hominis Angelos suos, & colligent de Regno eius omnia scandala, et eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in Regno Patris sui.

Itaq; Christus suo iudicio aderit efficax & potens, ministerio quidem Angelorum, sed suę diuinitatis uirtute ultor & uindex malorum. Ideo tunc eius potentię nõ poterit resisti ab ulla creatura, quin oēs necessario ferāt eius iudiciũ, & mali puniant. Quẽadmodũ & illo Christi testimonio docemur: cum uenerit Filius hoĩs in gloria sua, & oēs sancti Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suę, &c. recitata Matt. xxv. Qualis aut futurus sit ignis ille, q̄ homines mali in ultionem suorum scelerum affligendi sunt, nostrum non est explicare. Sæpe autem testatur scriptura, impios & malos homines quodam igne sempiterno affligendos: ut in illo Esaię lxvi. Vermis eorum nõ morietur & ignis nõ extinguet, Cuius testimoniũ & Christus meminit

COMMENT. IN IL EPIST.

Marc. ix. agens de pœnis impiorum.

Itaq; formæ iudicij Christi, maxime tristes & horrēdæ omnibus impijs erūt. Neq; tunc euadendi locus, aut spaciū pœnitentiæ ulli concedetur. Sed rapien- tur ad promeritas pœnas impij: tū, quia Deum non nouerunt. Id est, nosse contē pserunt, nempe, prædicatum per Euan- gelium toto terrarum orbe. Tum etiam, quod non obediunt Euangelio Domi- ni nostri Iesu Christi, neq; pœnitentia, ne- que fide in Christum præditi. Hæc est enim posita ab Apostolo quædam de- scriptio obstinaciæ impœnitentium & incredulorum, et in quibus contemptus Dei regnat. Nam Deus requirit per Euā- gelium de Christo, promissionum sua- rum de donatione remissiōis peccati & uitæ æternæ fidem: tum etiam pœniten- tiam seu emendationem huius nostre ui- tæ. Sed huic utriq; prædicationi resistūt homines ignorantes Dei, & inobedien- tes Euangelio Christi, & oppressam at- que abolitam utramq; quærunt, pro me- ritis retaliandi.

Qui pœnas dabunt interitu æter- no à facie Domini, à gloria uirtutis eius, cum uenerit glorificari in san- ctis

ctis suis & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt.

Quod Paulus hoc scripto, id ipsum Christus & in cōcionibus suis affirmat, nempe, cruciatus impiorum fore perpetuos. Quemadmodum fœlicitas iustorū futura est æterna. Iuxta illud Christi, Matthæi xxv. Ibunt mali in supplicium æternum, iusti autem in uitam æternam. Proinde Theophylactus huius Paulini scripti autoritate suffultus, recte obiurgat Origenistas, dicēs: ubi nam gētium Origenistæ nunc sunt, qui istiusmodi cruciatibus & finem fore fabulantur & fingūt, quos Paulus perpetuos asserit? Cur ergo ad tempus futuros cruciatus huiusmodi delyrando iactatis? Hæc ille.

A facie Domini, id est, tunc cum Dominus ipse aderit præfens iudex, cuius uel solus aspectus iniustos, impios & rebelles ineffabilibus & ineuitabilibus modis discruciet & macerabit. In eandem sententiam redit, quod mox subiicitur: a gloria uirtutis eius. Tunc enim adparebit & conspicietur ipse Dominus Iesus gloriosus & potens, nō humilis, aut cōtemptibilis facie, ut in priore adparitione; ideo ut contemni tunc non poterit.

## COMMENT. IN II. EPIST.

Ita nullo negotio supplicium sumet, de malis hominibus & glorificabit iustos.

Illo igitur gloriæ & uirtutis suæ tempore etiam admirationi erit corā malis, in omnibus qui crediderunt. Ut qui participes tunc erunt eius gloriæ & uirtutis, cum quibus ipse & despectus & derisus in hoc seculo fuit. Ideo et stupor illo iudicij tempore adprehendet istos impios, nimirum, ex insperata hac rerum uicissitudine, qua afflictiones piorum temporales commutabuntur æternis consolationibus. Impiorum autem uana gaudia et temporales illæ fortunæ transibunt in æternas pœnas. Quo & respiciens Christus, Luc. vi. inquit: Ue uobis qui ridetis nūc, quia lugebitis & flebitis: Item beati qui nunc fletis, quia ridebitis.

Nec male quadrant ad explicationem huius loci, quæ in lib. Sapient. cap. v. his uerbis legunt: Stabunt iusti in magna constantia, aduersus eos qui se angustia uerunt, & qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabunt timore horribili: & mirabuntur in subita acceleratione insperatæ salutis. Gementes præ angustia spiritus dicent intra se, pœnitentiam agentes & præ angustia spiritus gement: hi sunt quos habuimus aliquādo in derisum, &  
in

in similitudinē improperij. Nos insensati uitam illorum estimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter sanctos fors illorū est. Ergo errauimus a uia ueritatis, & lumen iusticiæ nō luxit nobis, & sol intelligentiæ nō est ortus nobis. Lassati sumus in uia iniquitatis & perditionis, & ambulauimus uias difficiles: uiam autem Domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactātia quid contulit nobis? Transferunt omnia illa tāquam umbra, &c. quæ ex citato loco requirantur.

Nam testimonio nostro erga uos credidistis in die illo.

Ideo quia uos credidistis nostre prædicationi de Christo salui eritis a tantis malis, quæ impijs imminēt & adprehendent eos: simulq; admirationi illis eritis, a quibus, ut dictū est, aliquñ p̄ insanis et furiosis derisi estis. Nam hæc in consolationē fidelibus sunt dicta, qui aut fuerunt aut sunt in afflictionibus propter Christum.

Particula, in die illo, uidetur huc minus quadrare. Nisi in hunc modū ordines eā atq; exponas: Veniet glorificari Christus & admirabilis fieri, in die illo:

## COMMENT. IN II. EPIST.

Scilicet, ut cum superioribus connectatur, & reliqua in parenthesis includantur. Nam testimonio nostro apud uos credidistis. Quāquam si malis referre ad prædicationem Pauli, habitam de die illo, quo aderit Christus omnes iudicaturus, q. d. Illud ipsum uos efficit beatos, quod concionāti mihi apud uos, de die illo, quo iudicabit uiuos & mortuos, ipse Dominus Iesus Christus, & testimonium suæ gloriæ illi perhibenti, credidistis, nihil repugno. Nam Lectori in his minutis liberum permittimus iudicium & delectum.

Quare etiam oramus semper pro uobis, ut dignetur uos sua uocatione Deus noster : & perficiat omne beneplacitum uoluntatis suæ, & opus fidei potenter.

Quasi dicat: uocati estis meo ministerio per Euangelium ad salutem: sed indigetis ampliore confirmatione. Nempe, qua uos Deus dignos habeat sua uocatione, & faciat proficere & perseverare in illa. Hanc cōfirmationem, quia est cœlestē donum, rogo sedulus pro uobis a Deo. Rogo enim, ut quicquid illi placue-  
rit in



rit in uobis, ipse perficiat: donec cōsum-  
 matos uos reddat, in quouis bono ope-  
 re. Maximeq; ut opus fidei, id est, ipsam  
 fidem, augeat in uobis, tum etiam con-  
 seruet, & contra difficultates persecutio-  
 num sua potentia muniat.

Quæ hic dicenda essent de inuocatio-  
 ne, & efficacia potentia uirtutis Dei in  
 nobis, qua quæ placita sunt Deo faci-  
 mus, aut de exempli imitatione, ea ex su-  
 pra annotatis peti possunt.

Vt glorificetur nomen Domini  
 nostri Iesu Christi per uos, & uos  
 per illum, secundum gratiam Dei no-  
 stri, & Domini Iesu Christi.

Admonerat obiter, quæ in precatio-  
 nibus nostris conueniat nos flagitare a  
 Deo: officium suum denuo commen-  
 dans Thessalonicensibus, neque ociose  
 neq; sine fructu. Sicut enim testatur, esse  
 necessarias eas preces, quales ipse  
 habuerat pro Thessalonicen. ad Deum:  
 ita hoc Doctorum Ecclesie esse signifi-  
 cat, ut pro alijs, quos præsertim docen-  
 dos & formandos in uera pietate susce-  
 perunt, preces ad Deum fundant.

Huic admonitioni continuo addit ex

COMMENT. IN II. EPIST.

positionē de finali causa, cur ꝑ incrementō pietatis & perseverantia in alijs ipse oret, & suo exēplo orandū doceat, nēpe, studio honoris & gloriæ Christi, utque uicissim ipsi per Christū glorificemur: idq; beneficio gratiæ Dei nostri, & Seruatoris Iesu Christi. Ita enim prædicat alios fines bonorum operum, quam Pharisæicos istos, quibus Papistæ omnia referunt ad satisfactiones operum suorum pro peccato & illius pœnis, adeoque ad meritum iustificationis & æternæ uitæ. Nam studio gloriæ Christi præstare omnia obedientiæ nostræ facta debemus: si modo per Christum uicissim glorificari uelimus. Ideo & i. Reg. ij. Quicumque honorificauerit me, glorificabo eum, qui autem contempnunt me, confundentur.

Nec tacendum est, quod studium glorificandi Dei in Christo Iesu, totum est a gratia in nobis Dei per Christum, ne quid inaniter & superbe uiribus nostris arrogemus. Id ex Pauli doctrina a quibuslibet facile intelligi potest.

Cap. II.

# CAP. II

**R**ogamus autē uos fratres per aduentum Domini nostri Iesu Christi, & nostræ congregatio- nis in ipsum, ut non cito moueamini à sensu uestro, neque turbemini, neque per spiritum, neque per sermo- nem, neque per Epistolam, tãquam per nos mĩsam, quasi instet dies Domini.



**H**oc est Pauli scripto- per se liquet, fuisse in Thessalonica, se A- postolo adhuc su- perstite, qui in Eccle- sijs Thessalonicensi- um sparserint plane- que affirmarint, in-

stare iam rerum omnium finem, & in fo- ribus esse, diem aduentus iudicij & glo- riæ Domini nostri Iesu Christi, undecun- que tandem occasionem & caussam isti sic arbitrandi arripuerint. Mihi non di- splicet, quod pleriq; existimant, hinc or-

COMMENT. IN II. EPIST.

tam opinionē, quod Paulus ipse in priorē ad Theſſal. hæc ſcripſerat: mortui reſurgent primi. Deinde nos qui uiuimus, qui relictī ſumus, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Chriſto in aera, et ſic ſemper cum Domino erimus. Item alia, de die aduentus Chriſti, quæ ſunt i. Theſſ. v. Nam ea Apoſtoli ſcripta facile deprauari potuerunt, & a ſuo ſenſu in alienum detorqueri. Vt ſumus alioqui proniores ad corrumpendum, quam inrelligendum, quæ ſimpliciter, uere & recte dicuntur.

Videntur enim, quæ Paulus ſcribit, iſta ſonare, quaſi affirmet: Eccleſiam tunc uiuentē & ſuperſtitem in carne, cum hæc ſcripſit, habuiſſe quosdam, qui uſq; ad diē gloriæ Chriſti uicturi in carne eſſent, cum ipſe communi loquendi conſuetudine transferat in Eccleſiam tunc præſentem, quod complendum erat in futura. Loquitur enim de toto corpore Eccleſiæ, quod eſt omnium Electorum Dei, a condito orbe, uſq; ad illius finem, & ſignificat in eo fuiſſe & eſſe multos qui morituri eſſent priuſquam Dominus ueniat: & aliquos tandem futuros, qui in hac præſente uita ſuperſtites permāſuri eſſent uſq; ad diē poſterioris aduētus Chriſti.

Hunc

Hūc igitur opinionis errorem, quem conceperāt quidam in Theſſalonica, de die aduentus Chriſti, quaſi is non multo poſt affuturus eſſet, deprecatur: & atrox graues rationes, cur ſuo illo tempore nondum potuerit inſtare. Quia oportet antea uenire defectionem, & graſſari in Eccleſia Antichriſtum, iſtum famoſum, qui doctrinam Euangelij, & omnia Chriſtianę libertatis, eſſet oppreſſurus. Tum etiam, qui regnaturus eſſet, more Dei in Eccleſia, quæ ex ſequenti ſcripto Apoſtoli Pauli diſcemus. Itaque hoc noſtro tempore non ſunt leuia argumenta, inſtātis diei Chriſti. Quia iam dudū poſt tempora illa Apoſtolorū ſecuta eſt defectio a fide, et Antichriſtus, ut cernimus, omnia Euangelij de Chriſto labefactauit atq; corruptit, & quidem in omnibus Eccleſijs ſub cœlo. Omnibus enim uenire debuit ac uenit: uel extraneus, uel inſteſtinus. Et ille inſteſtinus hoc magis noxius eſt, quo minus a multis cognoſcitur Antichriſtus eſſe, & pro pio Eccleſiæ paſtore habetur: uidelicet Papa, qui iam aliquot ſeculis nihil quam pernicioſum impoſtorem, & inſignem Pſeudopropheta, & inſidioſiſſimū Antichriſtū egit.

Ante hæc tempora, quæ ſunt Mahome

COMMENT. IN II. EPIST.

tici furoris, & reſectarum inſidiarum Pa  
 pæ, nulla certa aut firma argumenta, præ  
 ſentiæ aduentus Chriſti, colligi potue  
 rūt, qualia nunc colligimus, & ſperamus  
 diem iudicij Chriſti non procul abeſſe.  
 Paulus itaq; dicens, rogamus uos, ut nō  
 cito moueamini a ſenſu ueſtro, admonet  
 Theſſalonicenſes de fidei doctrina, quam  
 antea a ſe acceperant: & adijciens, neque  
 turbemini, auocat eos ab inutili curioſi  
 rate, ac uetat ne credant ſuæ fidei inſidia  
 toribus. Quibus, ut omnem uiam ado  
 riendi Theſſalonicenſes præcludat, ad  
 dit, neque per ſpiritum. Id eſt, per iacta  
 tam reuelationem, tanquam a ſpiritu ſan  
 cto profectam. Item: Neq; per ſermonē,  
 ut ficta & inania multa, impj Doctores,  
 ſuorum ſomniorum alijs narrabant. Sed  
 & addit: neq; per Epistolā, tanquam per  
 nos miſſam. In quo dicto uidere eſt, iſtos  
 impoſtores, quos notat Paulus, etiā ſup  
 poſiticjſ ſcriptis uſos fuiſſe, quæ ſparſe  
 rint quidem nomine ſummorū Apoſto  
 lorum, ut ſuas fanaticas opiniones in a  
 lijs plantarent. Quæ res Apoſtolū Pau  
 lum coegit, aliquot ſua ſcripta præcipuis  
 quibuſdā notis inſignire, ne ſcilicet ficti  
 tia pro Paulinis reciperentur: ut liquet  
 ex huius Epistolæ tertio capite, & ex ea  
 quæ

quæ est ad Galatas scripta, Cap. sexto.

Ne quis uos seducat ullo modo. Quoniam, nisi uenerit defectio primū, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis. Qui aduersatur & extollitur super omne quod dicitur Deus, aut quod colitur. Ita, ut in templo Dei sedeat, ostentans se, tanquam sit Deus.

Iterum inculcat hoc loco Paulus admonitionem antea a se factā, & graui obsecratione & obtestatione roboratam, ut firmitus inculcet eam, & insidiatores arceat, ne simplicitati credentium sint noxi. Multum enim periculi habuit falsis pro ueris assentiri, ac derogabat auctoritati doctrinæ Apostolorum.

Cæterum in eo, qui mox sequitur, cōtextu, aliquid in absolutum legitur, hoc modo complendum. Quoniam non adueniet Dñs, nisi uenerit defectio primū, & reuelatus fuerit homo peccati, & cetera. Ita sunt enim duo membra in illa ratione: Dominum prius non fuisse uenturum, quam facta esset defectio, & grassari uiolentius Antichristus, alias ma-

COMMENT. IN II. EPIST.

nifesta tyrannide, alias maioribus insidijs, cœpisset. Quē Paulus uocat hominem peccati & filium perditionis, & audaciam scelerum eius perstringens inq̄r: qui est aduersarius, & extollitur &c. Futurum igit̄ erat, ut prius quam Christus ueniret, & defectionis crimen in Ecclesia et uastator Antichristus grassaturi essent

*Apostasia.*

Porro autem defectio, quæ Græce dicitur ἀποστασία significat defectionem & fugam, qualis est militum non permanentium in Imperatoris sui fide: aut subditorum debitam obedientiam, erga ciuiles Magistratus & ordinatam potestatem, recusantium. Ita uero cum admittitur defectionis crimen in Ecclesia, duplici perfidia peccatur: altera & priore, qua receditur a fide promissionum Euangelij.

Nam illis astricti sumus, ne deseramus eas, et Deum uicissim per eas propitium & fauentem habemus, & tanquam astrictum nobis. Altera uero, seu posteriore, qua debiti & præcepti a Deo cultus derelinquuntur, aut quomodo cunq; uiolantur. Fide enim in Christum efficimur & sumus Christiani ac populus Dei, a qua cum deficimus, facti illius desertores, sumus Apostatæ, & quiduis potius quam populus Dei. Similiter, ab obedientia  
 manda



mandatorum Dei recedentes, recte dicimur congregatio & cœtus impiorum, et nomē Christianorū, seu populi Dei, defendere in nobis haudquāq̄ possumus.

Augetur autem defectio utriusque malum, cum accedit professio alienorū cultuū, de quibus Deus nihil præcepit, cum præsertim illi honori esse finguntur, aut meritorij diuinæ gratiæ & donorum remissionis peccati & æternæ uitæ dicuntur. Aut deniq̄, necessarij esse affirmantur, & tales, qui sine peccato omitti non possint. Nam his opinionibus, & fidei in Christum repugnant, & cultibus qui sunt a Deo præcepti. Proinde sic est scelerata & execranda defectio, in ea uniuersa doctrina quæ est aut Mahometicorū, aut Papistarum, de iustificatione, operū nostrorum meritis & cultibus Deo præstandis. Nam Mahometici fere omnia, quæ sunt fidei in Christum, negant, & de nouis cultibus, quō sunt traditi a Deo, præcipiunt. Papistæ autem doctrinam iustificationis & fidei in iustificatōrē Christum penitus abolent. Nam beneficia iustificantis gratiæ negant gratuita esse, siue dona remissionis peccati & æternæ uitæ affirmant non contingere hominibus perpetuo per solam in Christum fidem.

COMMENT. IN II. EPIST.

Fingunt enim, quod meritis operum nostrorum iustificemur coram Deo: præsertim lapsi. Et alienos multos cultus instituunt, a Deo prohibitos, quales sunt illi de Missa, quæ dicitur sacrificium esse, de inuocatione mortuorum, de satisfactionibus pro peccato & illius pœnis, de quibus agunt in doctrina de pœnitentia.

Sunt qui defectionem interpretantur, ciuilem discessionem a Roma. Imperio, cui Apostolorum temporibus fere totus mundus erat subditus. Sed quæ est huius defectionis ratio aut congruentia ad Regnum Christi? Paulus autem procul dubio loquitur de quadam defectiōe, quam fieri oportuit in Regno Christi. Itaque defectionem ego interpretor perfidiam, qua receditur a Christiana fide, & a cultibus quos Deus præcepit. Aut cum alieni & Pharisaici cultus instituuntur. Nam talis defectio admitti debuit, per impostorum artes, qui impia prædicant & docent, priusquam ueniret Christus, ingratis quidem & incredulis in pœnam, p̄ns autem in fidei suæ exercitium & probationem. Qua simul uia facta est Antichristo inuadendi Ecclesiã, & libertatē eius opprimendi, & creuit subinde, magisque roborata est, illo hoste ecclesiæ Christi & aduersario Dei regnante.

regnāte. Venit em̄ ut operationibus erroris seduceret mūdum, ac perderet illum.

Itaq; intelligamus loqui Apostolū, de quadā spiritali defectiōe, & grauioribus malis, q̄ sunt in ciuili defectiōe. Nā hoc spūalis defectiōis crimen & a Christo significatur, Luc. xvij. cum inquit: Filius hominis cū uenerit, putas quod inueniat fidem in terris? Cuius sunt auctores & Magistri in Ecclesia impiarum doctrinarum professores. De qualibus Petrus scribens, ij. Pet. ij. inquit: Inter uos erunt Magistri mendaces, qui introducēt sectas perditionis & negabunt Dominum qui illos mercatus fuerat. Et Paulus eosdē notans, Act. xx. Ego scio, q̄ post discessiōem meam Lupi rapaces in uos irruent, nō parcētes gregi. Et ex uobis ipsis surgent uiri loquentes peruersa, ut abducant discipulos post se. Nam hæc ab utroq; Apostolo maxime dici intelligamus, de Mahometicoꝝ & Papistarū sectis, sine uerbo Dei, quin etiam contra illius uerbum, in Ecclesia arte & magisterio Diaboli excitatis. Paulus præterea nō obscure docet, hāc defectiōnē in illis esse, qui iusticiam ex lege quærunt, cum alias, tum ad Gal. ij. Nō abiicio gratiam Dei. Si enim per legem iusticia, ergo

COMMENT. IN II. EPIST.

gratis Christus mortuus est . Siquidem tales fidem in Christum negare conuincuntur. Atque idem Apostolos authores facit defectiōis eos, qui nouas leges in Ecclesia condunt, nempe, i. Timot. iij. Spiritus autem certo dicit, quod in nouissimis diebus discedent quidam a fide, atque dētes spiritibus impostoribus & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mēdacium, & cauterio notatam habentium suam conscientiam, prohibentium matrimonia contrahere, abstinere a cibis quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognouerunt ueritatem.

Porro autem, caussa huius perfidiæ & defectiōis, reñcitur fere testimonio & auctoritate sacrarū literarum in auaros & ambitiosos, ut qui & quæstus & honoris cupiditate alios seducunt & perdunt, adeoque uentris curā agunt, & libidini ac intemperantiæ suæ seruiunt. Vt ij. Pet. ij. In auaricia fictis uerbis de uobis negociabuntur. Phil. iij. Multi enim ambulāt, quos sæpe dicebam uobis, nunc autem flens dico, inimici crucis Christi, quorū Deus uenter est, & gloria ipsorum in cōfusione, qui terrena sapiunt. Et Ro. xvi. Rogo autem uos fratres, ut obseruetis  
eos,

eos, qui dissensiones & offendicula præter doctrinam quam uos didicistis gignunt, & declinate ab illis. Qui enim huiusmodi sunt, Domino Iesu Christo non seruiunt, sed suo uentri, & per blandiloquentiam & assentationem decipiunt corda simplicium. Ac rursus, ij. Pet. ij. Voluptatem existimantes quotidianum luxum, labes sunt & maculæ. Delitijs affluentes, in elemosynis uestris luxuriâtes, oculos habentes plenos adulterijs, non cessantes peccare, pelliciêtes animas infirmas, cor exercitatum in auaricia habentes. Hæc enim Petrus de impijs doctoribus scribit, & impiorum cultum professoribus. Nec in alios melius quadrat, quam in Papistas, Canonicos & sectas Monachorum.

Est autem triste & horrendum Diaboli imperium, quo tantum in homine potest, quem excæcatum & induratum auariciæ & honoris cupiditate tenet captiuum, ut & Dei obliuiscatur, nihil illum metuens, & rationem salutis suæ aut proximi nullam penitus habeat; sed audax & temerator omnia diuina contemnat, & deficiens ipse a fide nihil metuat etiam alios abstrahere secum, quoscumque potest, in eandem defectionem, hoc est, in abiu-

COMMENT. IN II. EPIST.

rationem gloriæ Christi, atq; in contemp-  
tum præceptorum a Deo cultuum.  
Quod facere Rom. Pontifici addictos,  
quis est qui non uideat? Nihil istis curæ  
est Religiōis studium, nihil solliciti sunt  
de fide nostra, quid uere credamus aut  
non credamus de Deo Patre nostro &  
Domino Iesu Christo, aut qualibus cul-  
tibus Deum ueneremur, modo impios  
istos & Pharisæicos, sibi commodos &  
a se repertos, nō negligamus, & suas o-  
pes ac sua regna quiete & cum pace ob-  
tineant, neq; amittant tyrannides istas &  
dominationem suam in Ecclesia, quam  
per ueram religionem tueri nō possunt.

NOMINA ET DESCRIPTIONES  
*Antichristi, & facinorosarum operationum eius.*

**P**Aulus exactam Antichristi descri-  
ptionem tradit, & furentem, insigni  
audacię scelere, mirifice depingit,  
cum uocat hominem peccati & fili-  
um perditionis, continuo addens de eo  
dem: Qui agit aduersarium, & extolli-  
tur supra omne quod dicitur Deus, aut  
quod colit, ita ut in templo Dei sedeat,  
ostentās sese tanq̄ sit Deus. Est igitur res  
flagiciosissima simul & nocentissima,  
quem usitate uocamus Antichristum.

Nam

Nam hominem peccati & filium perditionis uocat Paulus, non ideo solum, quod ipse per se est malus, impius, peccator, prophanus & iniquus homo, eoque & sempiternę perditionis alumnus, uerum etiã, uel potius ea præcipua causa, quia agit impostorem, & innumeris alijs fit efficax fidei & morum scandalum, atque adeo author & causa perditionis illorum, quos uidelicet a uia ueritatis et iusticię seducit. Nam ita omnia habet cõtraria cõ Christo. Priuatis & personalibus uicijs sibi tantum noxius est, nisi quatenus sua malicia impulsus, etiam alijs fit damnosus. Ideo publicum quoddam malum prædicari & esse intelligas Antichristũ, & ueluti grassantem pestem in Ecclesia Dei & Domini nostri Iesu Christi.

Homo peccati, &c.

Exempli gratia; Scelerosus iste & perditus homo, tunc agit Antichristum, cõ opprimit doctrinam Euangelij de Christo, ne fides in illum habeatur, ut cum cõminiscitur nouam iustificationis doctrinam, quę tradita est in Euangelio, & prædicata per fidem in Christum. Siue cum alias uias monstrat euadendi peccatum & mortem, aut merēdi peccati remissionem atque consequēdi æternę uitę donũ, quam in Euangelio de Christo et redem

COMMENT. IN II. EPIST.

1<sup>o</sup> 12

Act. 4

Act. 10.

ptione nostri per ipsum proponuntur. Ipse enim est uia, ueritas & æterna uita. Nec aliud nomē datum est sub cœlo hominibus, per quod oporteat nos saluos fieri. Cui præterea omnes Prophetæ perhibent hoc testimonium, quod remissionem peccatorum accipiant per nomen eius, omnes qui credunt in eum. Deinde & in eo agit aduersarium Christianæ pietatis, cum decreta & ordinationes Dei mutat, siue cum præcipit de nouis cultibus, qui omnes sunt uerbo Dei prohibiti. Quales esse constat Papisticos illos, in priuata sacrificantium Missa, & in mortuorum inuocatione, atque in alijs innumeris traditionum humanarum, quibus præcipitur de satisfactione pro peccato & morte. Denique & hoc ex officio Antichristi agit, cum per sua uana præcepta fenestram aperit Dei mandata contemnendi, & fit causa labendi alijs. Ut cum Papa Sacerdotum coniugia damnat, & suæ legis studio, quanquam inhumanæ & cum ratione belligerantis, ad licentiã scortandi coniuert, & illa turpitudine scortationum nihil quicquid offenditur.

Sed Papa ideo mauult Sacerdotes cœlibes, sine uera continentia, quam coniuugatos, cōiugali pudicitia & castitate uenerandos,



herandos, quia cœlibes magis uisi sunt commodi esse sibi ad parandum maximas opes, atq; ad regnum sibi in Ecclesia constituendum perpetuoque confirmandum. Nec alia causa est, cur tanto pere resistat in hoc tempore, ne sua libertas pro ducendis uxoribus Sacerdotibus restituat, nisi quod metuit, ne opes illæ tot ociosos Sacerdotum, qualitercunq; congestæ, defluant, & numerus ipse sacrificulorum minuatur, & regnum sibi pereat. Inter suos enim regnat, ceu in immundo porcorum grege: atq; interea quoq; uniuersam Ecclesiam suæ libidini calcandam subiicit. Deinde, ut maxime uideat, suas leges incommodas esse & noxias bonis moribus, nihil fert tamen mutari in illis: ne scilicet a pertinacia Antichristi, hominis perditæ & perditoris, recedat. Sed propero ad alia.

## SPECIES ET TITULI PIETATIS

*tatis in Antichristo.*

**Q**uanquam autem tantorum malorum sit author & causa Antichristus in Ecclesia, tamen speciem pietatis, et sanctissimi titulos, retinet ac defendit sibi. Et adoratur a Regibus hoc nomine, quod sit bonus & fi-

COMMENT. IN II. EPIST.

delis Ecclesiæ Pastor, pessimum impostorem in illa agens. Veluti Papa, & si nullum faciat Christiani Pastoris officium, sed & contraria officio boni Episcopi agat, tamen prædicat sanctissimus, summus & uigilantissimus Ecclesiæ Pastor. Quinetiam Ecclesiæ Dominus & caput, cuius sit & potestas articulos fidei præscribendi, & nouas leges in illa condendi: Quibus omnibus oporteat obedire non minus quam Dei legibus, & si fanaticis, impijs & perniciosis. Ac Reges habet suæ libidini seruos & ministros: & inter illos ipsum adeo Cæsarem, suis legibus obstrictum & iuramento obligatum sibi. Quæ omnia illi, ut bono Pastori, cui uniuersa Ecclesia debeat subiectionem & obedientiam in omnibus, mirifice patrocinantur.

Sed Euangelij rectam & puram doctrinam, tanquam impiam & hæreticam, proscribit & damnat: tantum abest, ut illius doctrina et cōsolationibus cuiquam medeatur, aut ullum hominem inuitet ad ueram & Christianam pœnitentiam. Neque licet tamen sine periculo nobis illi dicere: cur ita facis? Sed & habet, a quibus defenditur, quod omnia iure agat, & qui in eos omnes animaduertunt, a quibus reprehenditur.

henditur. Eos uocant hæreticæ prauitatis inquisitores, qui ne mutire quidem ferunt quenquam aduersus Papam. Sed istorum tyrannis & summa iniquitas nota est omnibus. Reuertor ad Papæ sacrilegas leges & impia facta. Nam suarum ille prophanarum constitutionum nullum tenet modum, neque finem ullum facit. Fingit peccatum esse, ubi est nullū: & prædicat iusticiam, ubi est nulla. Et tamen illi fides habetur in omnibus: & nihil non iure, pie & fideliter agere existimatur.

Sacramenta nulla ministrat, & Laicis integrum Eucharistiæ usum non permittit. Et corruptum concedens, fingit in Eucharistia Sacerdotum diuersum & singularem quendam cultum Deo exhiberi: qui totus est impius & execrandus coram Deo. Nam Missa sacrificuli sacerdotis, dicitur Iudaico commento ex opere operato ualere: esseque sacrificium pro peccatis uiuorū & mortuorū. Atque eo nomine in Papisticis Ecclesijs uenalis prostat: & dicitur sacrorum omnium sacratissima actio esse: Cum Eucharistiæ usus traditus sit unus & simplex a Christo Iesu, ut omnibus eodem modo seruiat, in fidei suæ, de remisso peccato

## COMMENT IN II. EPIST.

per Christum, confirmationem. Non ut  
 perse aboleat peccata, aut sit noua satis-  
 factio pro peccato, illa præsertim, quæ  
 peragitur a sacrificante. Quasi sit aut o-  
 porreat esse diuersam, aut sacrationem a  
 Laicorum Eucharistia. Sed licet in tantū  
 abusum sit corruptū & deprauatum hoc  
 Sacramentum, tamen ille eius abusus re-  
 tinuit speciem & titulos summi & utilis-  
 simi cultus, & hoc nomine usq; in hodi-  
 ernum diem a Pontificibus & Regibus  
 defenditur.

Retinent & baptismum Papistæ non  
 sine specie pietatis & Religiosorum cul-  
 tum, nec sine utilitate & fructu. Id quod  
 libenter agnoscimus, & cum gratiarum  
 actione erga Deum. Nam baptismus o-  
 mnibus utilis fuit, ac profuit semper in  
 abluitionem sui peccati & criminum. Et  
 in Papatu rectus fuit, & integer relictus  
 est eius usus: nisi quod perire dicebatur  
 illius fructus in adultis, qui forte lapsi es-  
 sent. Existimo autem præcipua Dei cle-  
 mentia integrum seruatum esse bap-  
 tismum, ne uidelicet grassante Papistica ty-  
 rannide semina Ecclesiæ penitus interi-  
 rent. Itaq; infantibus profuit potissimū,  
 qui præsertim decedebant ex hac uita pri-  
 usquam adolescerēt. Nam adulti, impijs  
 opinio

Opinionibus imbuti, forteque lapsi, existimabant nihil ulterius fructus ex suo baptismo sperandum esse sibi, sed nouam reconciliationem per sua facta & iusticias operum esse querendam. Hanc peruersitatem impiæ opinionis augebant Monachi, quoniam fingeant, monasticam professionem suscipere, perinde utile esse homini, ac si denuo baptizaretur.

Vt ergo baptismum retineant integri Papistæ, tamen uirtutem eius abnegant: nec baptismi gloriam solum euacuant, uerum etiam Euangelij fidem extinguunt. Quæ licet semper retinenda est eadem, siue lapsi fuerimus, siue stemus & permaneamus in cœpto Christianæ uitæ cursu ac tramite, nimis illa, quæ nulla unquam remissio peccati coram Deo fiat, nisi per fidem nominis Iesu Christi. Atque ita & baptismus testatur, nos ita receptos esse in gratiam Dei, & Christi beneficio adoptatos in populum & filios Dei, ut etiam lapsi accipiamus remissionem peccati per Christum, quia adoptio illa nostri, quæ facta est per baptismum, non possit euacuari, modo in fide Christi permaneamus, & lapsi in fiducia remissionis peccati, quæ contingat Christi nomine, denuo resurgamus. Et idcirco nihil

COMMENT. IN II. EPIST.

opus est homini Christiano denuo aut  
 sæpius baptizari: quia baptismus semel  
 susceptus perpetuo admonet nos factæ  
 reconciliationis, & hortatur ad fidem in  
 Christum & agendam pœnitentiam, iu-  
 xta professionem susceptam cum bap-  
 tizaremur. Monachorum autem est pro-  
 digiosa & sacrilega impietas, cum men-  
 titâ specie pietatis. Æquant suam fatu-  
 am & Pharisaicam professionem glorię  
 baptismi; & Deum colūt inutiliter & ua-  
 ne doctrina & mandatis hominum.

Sed habēt plures alios cultus Papistę,  
 quibus speciem pietatis simulant & men-  
 tiuntur: quos ego relinquo alijs estiman-  
 dos. Nempe, stata illa seu fixa ieiunia, quibus  
 ieiunant sine uera abstinentia crapu-  
 læ & ebrietatis, multo quæ minus sine tem-  
 perantia a cibo & potu. Et in Papistarū  
 ieiunijs, quid est nisi Pharisaicus ciborū  
 delectus: nulla temperantia, & castigatio  
 carnis nulla? Sic sunt eorum proluxę pre-  
 cationes, sine uera inuocatione, compa-  
 ratæ ad solam ostentationē. In mortuo-  
 rum cultibus & inuocatione, pleni sunt  
 perfidia & defectionis crimine. Viuunt  
 cœlibes, sed a nulla libidinum spurcicia  
 temperant sibi. Sanctorum hominum re-  
 liquias condunt preciose, auro, argento.

&

& lapidibus preciosis: sed Ecclesiam cędibus replent, eorum qui aut docēt, aut profitentur, fidem in Christum. Visitant templa, hinc & inde cursitando, quę ingentia extruunt, & omni genere abominationum suarum replent. Habent usum quendam consecratę aquę, qua conspersa in populum sanctificant & purificant peccatores: & Diabolum insidiantem auertunt. Denique ita dimicāt pro his omnibus speciosis & religiosis cultibus suis, ut citius ferant uiolari & contemni mandata Dei, quam negligi aut deserui sua uana, inutilia & noxia pręcepta, sed quibus nihil utilius esse, aut Ecclesię cōtingere posse, audacter affirmant, & hactenus in precio & existimatione pietatis immerito fuerunt.

QVID SIT, ADVERSARIUM  
*agere, & extolli supra Deum.*

**P**Aulus affirmat Antichristum agere pręcipuum quędam aduersarium: ac sentit de eo, qui uoluntate Dei & glorię regni Dñi nostri Iesu Christi repugnat. Idcirco enim mox dicitur ab eodem Apostolo, quod se extollat aduersus Deū, et aduersus quęuis uerę pietatis cultum. Et loquitur de quodā intestino hoste,

COMMENT. IN II. EPIST.

regnum & tyrannidem in Ecclesia exercente; atq; ea sumentes sibi, quæ sunt & esse debent perpetuo solius Dei & Domini nostri Iesu Christi, ut testantur, quæ prioribus mox adiecta sunt, his uerbis: extollitur seu effertur, ita ut in tēplo Dei sedeat, ostentans se, tanq̄ sit Deus.

Ita uidelicet Papa agit aduersarium, & repugnat Deo, Christo & Ecclesiæ. Contemnit enim mandata Dei, & decreta Euangelij mutat, & uiolatorem libertatis Christianæ agit. Condit enim nouas leges, & articulos fidei, quot uult, scribit; & quos uult, abolet. Ac uocat suas leges, firma & perpetua ac inuiolabilia statuta, & quibus omnibus obedire, homini Christiano sit de necessitate salutis. Nihil considerans Dei mandata, quibus prohibetur hoc facere, nec Euangelij doctrinam, quæ non facit necessarium, nisi Dei mandatis obedire, & doctrinas mandatorum hominum affirmat inutiles & noxias esse.

Contra gloriam Christi facit se uniuersale caput & Dominum totius Ecclesiæ, qui non debeat, neq; possit, iudicari ab homine, ac ne quidem a tota Ecclesia. Et si Ecclesia, quæ uere est Dei, non agnoscat caput aut Dominum, nisi Christum  
Iesum

Dei. 4. C. c.

Matth. 15.

Eph. 1.



Iesum . Quem Deus constituit iudicem uiuorum & mortuorum, & solus ab ho Act. 10.  
mine iudicari non potest. Sed & iudican  
di potestas, eorum qui præsunt Ecclesiæ  
in doctrina, est singulorum, iuxta illud  
Pauli, i. Cor. xiiij. Prophetæ autem duo  
aut tres loquantur, & cæteri dijudicent;  
quod si alij sedenti fuerit reuelatum, pri  
or taceat. Et particularibus Ecclesijs præ  
cipitur, ut caueant sibi a Pseudoprophe  
tis, qui impia docent, qualia nemo auda  
cius sparfit in Ecclesia ipso Rom. Ponti  
fice. Et i. Thess. v. dicitur: omnia probate,  
quod bonum est tenete.

Sed & Papa ab adulatoribus suis dicitur  
errare non posse; & eius unius esse,  
omnes leges interpretari, & iustam illarum  
intelligentiã in scrinio pectoris sui  
habere; scilicet, ne quid credamus, aut ul  
lis scripturis assentiamur, non antea ad  
probatis a Papa. Et his mēdaciorum im  
posturis imperat hætenus in Ecclesia,  
misere decepta & perdita, & uniuersa e  
ius libertate oppressa. Ita ne credamus,  
Papam non posse errare? Quinisi ex er  
roribus, mendacijs & imposturis confu  
tus esset, nihil esset, nedum ex bono Epi  
scopo factus esset Papa, hoc est, insidia  
tor & Lupus . Nam qualis Dominus

COMMENT. IN II. EPIST.

In Papatu sacrilegus impostor gestiat esse, iam iam dixi. Vult more Dei solus audiri in Ecclesia: omnesq; suis legibus & prophanis cōstitutionibus astringit. Deinde, arrogat sibi potestatem de articulis fidei decisive pronunciare, tāquam sit Dominus Euangelij, & non subiectus uoci Domini nostri Iesu Christi.

Quin etiā Papa seculares potestates, contra ordinationem Dei, subiicit suæ prophanæ potestati. Nam maioritatem supra Cæsarem, Reges & Principes sibi querit & defendit: illosq; cum libet exautorat, & subditos eorum a iuramenti religione absoluit. Et libidine dominandi cædibus & sanguine omnia replet: & nihil nō auder in sua Antichristiana dominatione. Nam etiam hoc nomine agit aduersarium Dei, & Domini nostri Iesu Christi, quod seditiosus est in ciuiles Magistratus. Quicumque enim ordinatæ a Deo potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Rom. xiiij. Et a Christo præcipitur: date, quæ Cæsaris sunt, Cæsari. Id est, Cæsari iustam & præceptam a Deo obedientiam: & reliqua, conseruandis imperijs necessaria. Et Petrus inquit: Subiecti estote omni humanæ creaturæ, propter Dominum. (Id est, principum con-

stitutio

stitutionibus. Ideo continuo additur: siue Regi tãquam excellenti: siue ducibus, tanq̃ ab eo mĩsis, ad uindictam malorũ, laudẽ uero honorũ. Ita scilicet est & prædicat̃ causa, cur oporteat ciuilibus Magistratibus & legibus ipsorũ obtemperare. Nulla uero causa est, cur Põrifices regnent aut imperent alijs; nedum Cæsari bus & secularis potestatis principibus. Quin etiam disertę prohibet, ne regnẽt; *Luc. 22.* neq; dominiũ sibi quærãt in hoc mũdo. Neq; sua priuata uoluntate quicq̃ audeant, ut q̃ sunt ministri alienę potestatis, et *1. Cor. 4.* quibus non licet docere nisi Dei uerbũ.

*ἡ σέβασμα*, Erasmus Roter. uertit, aut nomen: pro quo nomine uetus translatio habet, aut quod colitur. Significatur itaque illa uoce, aut Deus ipse, aut quicquid uerbo & uoluntate Dei ad nos allatum est, ut in præcipuo quodam honore & reuerentia a nobis habeatur. Quales sunt illi omnes cultus, quos Deus præcipit nobis: & quicquid in Euangelio docetur, de Regno gratiæ & gloriæ Domini nostri Iesu Christi. Ac constat quod Papa, eos præceptos a Deo cultus contemnit, odit, persequitur & oppugnat: quod est sane efferr̃ aduersus D E V M & diuinos cultus,

COMMENT. IN II. EPIST.

& diuina omnia quantum potest conculcare. Ideo & in Papam conuenit, illud Dan. vii. Sermones contra excelsum loqueretur, & sanctos altissimi cōteret. Hæc sunt enim duæ proprietates Antichristi, Deo aduersari & efferrī contra illius uerbum, & blasphemantes doctrinas in locum eius reponere: & deinde, uitæ sanctorum hominum insidiari, trucidare & persequi illos crudeliter, quod a uerbi Dei doctrina nolunt depelli.

Cæterum in templo Dei sedere, atque ostentare sese pro Deo, est aliquid priuatum, magisq; propriū Papæ, quam Mahometi. Sedet enim in templo Dei, qui regnum in illo tenet, hoc est, Pseudoprophetam & impostorem agens, intus imperitat Ecclesiæ, & regnum, siue potius tyrannidem, in illa occupat, ubi minime debet. Talenon est Mahometicum, aut Turcicum regnum, ut quod neque dicitur neq; credit Christi aut Ecclesiæ Christi Regnum esse. Armis enim & bello ac seditionibus partum & dilatatum creuit hæctenus & forinsecus oppugnat Ecclesiam. Sed Papæ dominatio, fraude & superstitione constituta & erecta, dicitur Ecclesiæ electorum Dei & Christi Iesu regnum esse: atq; is sua tyrannide & iniquitate

tate uastat omnia Christianæ Religionis. Creditur pius Pastor esse, qui totus est prædo, insidiator, & rapax Lupus.

Ostentat autem se Antichristus (ille in testinus, qui intus in Ecclesia Regnū occupat,) tanquam sit Deus: quia fingit, q̄ in Ecclesia sibi more Dei nihil nō liceat. De Papaloquor. Nam & Papæ legibus, quantumcunq; tyrannicis & iniquis, dicitur nulli fas esse, uel periculo salutis animæ suæ, repugnare. Et de Papa dicit, quod euocari in ius & accusari non debeat, etiamsi multas animarum myriades perdat, & mācipatui Satanæ tradat. Sed & Mahometus, nisi Dei Prophetam esse, se nō permittit credi. Adulatores autem Papæ, uocant Papam ipsum terrestre numen: & dicunt eum omnia posse, & licita ei esse illa, quibus pronūciat de rebus Ecclesiæ omnibus. Quod certe est diuinitatem isti arrogare: & Dei loco ipsum iubere imperare. Ita postulat etiā Papa a suis prædicari: & in constitutionibus suis eadem de se iactat.

Sed in his locis omnibus explicādis, si quid desyderabit, id ipsum in alio scripto, quod institui de uera & falsa Religione, a me exponetur. Interea concludam, ea quæ dici potuerunt, de hoc ini-

COMMENT. IN II. EPIST.

Dan. 12.

quitatis Regno, quod est Papæ, hoc Danielis uaticinio; Et docti in populo docebunt plurimos, & ruent in gladio et in flamma & in captiuitate & in rapina dierum. (Nam recta docētes in Papatu nunquam feruntur; sed atrociter interficiuntur.) Et faciet iuxta uoluntatem suam Rex: (Impius Pontifex, qui se Ecclesiæ Caput & supremum Dominum esse iactat.) & eleuabitur & magnificabitur, & dirigetur donec compleatur iracundia. (creuit enim Papæ Regnum, & si manifeste repugnans his quæ in Euangelio docentur: creuit autem tantis successibus, ut manifeste uideas, quod nisi irato peccatis nostris Deo inualescere, & magnum fieri, dirigi & fortunari, nunquam potuisset: sed quod fauente tandem mundo Deo, & finita ipsius iracundia, iam rursus dilabitur & perit, quod futurum Papistæ inaniter sperauerunt æternum.

An nō retinetis, quod cum essem apud uos, hæc dicebam uobis.

Dicebā, inquit, uobis, quod dies Domini nondum instet, neq; ueniat prius, quam facta sit defectio, & reuelatus fuerit Antichristus; ita ut regnet in Ecclesia,  
& ry

& tyrannide sua dissipet eam. Paulus enim reuocat eo modo Thessalonicensibus absens in memoriam, quæ præsens antea docuerat: & tam de aduentu Christi, quam Antichristi furoribus, prædixerat. Quibus etiam adherere illos, & permanere in eorum fide, uoluit. Quasi dicat: quid est quod permittitis, ut falsiloqui doctores uos perturbent, & a fide prædicationis meæ auertant? Recordamini eorum, quæ antea uobis his de rebus locutus sum, cum uidelicet adhuc uobiscum in Thessalonica essem: & disserui ac disputauit de Apostasia & abominatiõibus Antichristi, de quibus aduentu iudicis Christi in gloria.

Et nunc quid deineat, scitis: donec reueletur tempore suo.

Scitis, quoniam prædixi uobis: Atque ita quidẽ Paulus obscure loquitur, quo ad nostrum intellectum: & si, quo ad Thessalonicensium, satis aperte & clare. Proinde cum non habeã, quod de meo adferam in hoc Pauli scriptum, recitabo Augustini sententiam: cuius sunt in lib. de ciui. Dei, ca. xix. hæc uerba: Quod autem ait Apostolus, & quid detineat scitis: id est, quid sit in mora, quæ causa sit dilationis eius, ut reueletur suo tempore,

*Augustinus*

COMMENT. IN II. EPIST.

scitis. Quoniam scire illos dixit, aperte hoc dicere noluit. Et ideo nos, qui nescimus, quod illi sciebant, peruenire cum labore ad id, quod sensit Apostolus, cupimus, nec ualemus, præsertim quia & illa, quæ addidit, hunc sensum faciunt obscuriorem. Nam quid est? Iam enim mysterium iniquitatis operatur. Tantum quomodo tenet, teneat: donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus. Ego prorsus quid dixerit fateor me ignorare, suspiciones tamen hominum, quas uel audivi uel legere potui, non tacebo. Quidam putant, de imperio hoc dictum fuisse Romano: & propterea Apostolum Paulum non id aperte scribere uoluisse, ne calumniam uidelicet incurreret, quod Rom. Imperio male optauerit, cum speraretur æternum.

*Theophyl.* Theophylactus quoque cōiecturaliter ea de re scribit: & suæ sententiæ citat ad stipulatorem Chrysostomum. Non recedit autem a iam recitata per Augustinum opinione. Sed Theophylacti uerba mox hic subiiciam: Quid detineat, inquit, hoc est, quid prohibeat & impedimento sit. Quid autem illud fuerit ambigitur. Nonnulli spiritus gratiam dicunt, quæ prohiberet. Nonnulli Rom. Imperium; cui sententiæ  
 beatus



beatus Ioannes Chrysoſtomus aſſentitur. Nam niſi Roma, illud imperium euer-  
tatur, nullam Antichriſtus habiturus  
eſt uia, ut queat pro ſua cupiditate, quæ  
uelit, perficere. Eoq; & Paulus rem hanc  
adumbrate dixit, nec palam expreſſit.  
Non enim temere uolebat Romanorū ſi-  
bi inimicitias uendicare: uel ſeſe pericu-  
lis fruſtra obijcere. Nam ſi dixiſſet: pau-  
lo poſt ſublato iri Ro. Imperium, mox  
eum, ut ſuæ rei publicæ interitum minan-  
tem, uiuum ſuffodiſſent in terram, perdi-  
diſſentq; & alios, qui ipſum ſectarentur  
fideles, ut quibus tanti dominatus e-  
uerſio læticiam peperiſſet.

Ergo, ſi hæc fuit Pauli ſententia, ut o-  
mnino reor fuiſſe, plane liquet, quod ſua  
illa de Ro. Imperij euerſione, (qua nunc  
maxima ſui parte deſtructum, lacerum  
& diſſipatum cernitur.) deſumpſerit ex  
Prophetæ Danielis ſeptimo capite, in  
quo deſcribitur Antichriſtus, multa de  
illo imperio occupaturus. Quod uaticini-  
um nunc impletum cernimus, & Anti-  
chriſti impietates propagari ab ijs ipſis,  
a quibus deſtructum eſt, & diſſipatum  
& euerſum, & maxima ſui parte occu-  
patur uſq; in hunc diem, hoc eſt, a Maho-  
meticis & a Papa. Antea enim prohibe-

COMMENT. IN II. EPIST.

bantur superiore, id est, Romanorum, potestate, ne efficerent quod uellent: sed occupatione secularium regnorum Domini facti, etiam impias religiones plantauerunt, ut dominatum & regna sibi confirmarent. Fuit autem maxime conueniens signum, presentie Antichristi, Rom. Imperij euersio: quia Ro. regnum firmatum fuit ad hoc, ut sub eius potestate fides in toto mundo prædicaretur.

Quamquam autem illa Danielis septi. cap. de proprietatibus Antichristi, quibus describitur inuasor Rom. Imperij, et author nouæ legis, maximarumque blasphemiarum seminator, proprie quadrent in impium & scelerosum Mahometum, tamen illas omnes proprietates Papa adeo retinet, ut uideatur cum Mahometo certare, de impietate, scelere, et iniquitate, uter alter his omnibus superet. Nam & iactat Papa, se Ro. Imperij uerum Dominum esse, & Imperatore destitutum, illius principatum hæreditate ad se deuolui. Quantas item urbes, ciuitates, ducatus & regna, detracta huic Imperio, occupet, non est ignotum. Neque segnius oppressit Papa ueritatem doctrinæ Euangelij, & cultum a Deo preceptorum, per suas impias constitutiones, quam Mahometus per suum Alcoranum.

**Sed**

Sed inferā hoc loco pauca quædam de-  
sumpta ex Daniele, de audacia & iniqui-  
tate Antichristi, quo planius intelligatur  
quid dicam, & a quibus iubeat spiritus  
sanctus, ut nobis maxime caueamus.

Visio Prophetica inter cætera hæc ha-  
bet: consyderabā cornua, (illa decem, e-  
ius bestię, quæ sua figura Ro. Imperium  
adumbrabat.) et ecce cornu aliud paruū  
ascendebat inter ea: & tria de cornibus  
primis euulsa sunt a facie eius. Et ecce o-  
culi, uelut oculi hominis in cornu isto:  
& os loquens grandia. Hæc satis luculē-  
ta & perspicua prophetia testantur Anti-  
christum in Ro. Imperio exoriturum fu-  
isse, atq; ita exoriturum, ut ipsemet illius  
Imperij inuasor & occupator esset futu-  
rus. Mox etiam author impiæ doctrinæ  
& maximarum blasphemiarum aduer-  
sus Deum: quas persecutionibus & ar-  
mis esset defensurus. Ita enim expositio  
continuo subiecta Prophetice uisioni ha-  
bet: sermones cōtra excelsum loquetur,  
& sanctos altissimi conteret. Proinde cū  
audimus dici, erat in cornu isto os lo-  
quēs grandia, id intelligamus de impijs  
& blasphemantibus doctrinis, tam quas  
Papa in cōstitutionibus suis cōtra uerbū  
Dei spargit, q̄ Mahometic⁹ Alcoranus:

Daniel.

COMMENT. IN II. EPIST.

pro quibus non Mahometici solum, sed & Papistæ dimicant gladio & armis, & innoxij sanguinis multum effundunt.

Vide igitur & consydera duplex malum. Rom. Imperium debilitatum, solum, euersum, destructum & propemodum totum sublatum est, (quātula enim eius portio adhuc integra est?) idq; significationem habet grassantis Antichristi, et impias doctrinas ferentis cōtra uerbum Dei, & Ecclesias Iesu atrocitate persecutionum debilitātis & uastantis. Sūt cōtrariæ Christi & Antichristi operationes. Ideo sicut Christus uenit, non ut regna sibi in hoc mundo paret, sed ut saluos faciat peccatores: Ita Antichristus inuadit & occupat huius mundi imperia, & religionis nouā formam inducit. Quod nemini unquam licuit post Christū, nec licebit, quam diu hic mundus durat. Sed & conari hoc facinus nō potest, nisi qui animarum perditorem agit, quod proprium est Antichristi. Atque utinam homines semper oculati fuissent & uigilassent, & tantis signis admoniti cauissent sibi ab Antichristi imposturis. Sed fieri aliter nō potuit, quin exurgeret Antichristus, & Ecclesiæ libertatem opprimeret, & uerbi Dei doctrinam conculcaret. Nā  
hoc

hoc malum nostris peccatis debitum fu-  
 iſſe, ipſe Apoſtolus Paulus affirmat. Vē-  
 turum enim prædixit, propter hominū  
 ingratiudinē & peccata, quod infra ex  
 eius ſcripto diſcemus.

Nam myſterium iniquitatis iam  
 agit : tantum obſtat iſ qui detinet  
 nunc, donec auferatur è medio.

Et hæc teſtantur, Antichriſtum Regno  
 ſuarum abominationum nūquam quie-  
 uiſſe inſidias ſtruere aduerſus Eccleſiam  
 Chriſti, & in ipſis quoq; Apoſtolorum  
 temporibus ſua iniquitatis ſtudia profer-  
 re in lucem & propagare conatum eſſe.  
 Eſi nondum poſſet regnare, nec quid-  
 uis pro libidine audere. Prohibebatur  
 enim ſuperiore, id eſt, Romanorum, ut  
 ante expoſitum eſt, poteſtate: quæ poſtq̄  
 infirmata eſt, & magna ex parte deſtru-  
 cta, & Antichriſtus ipſe in Romanorum  
 Regno magnus & potens factus eſt, tūc  
 ualſtari ab eo & diſſolui ipſe quoq; Eccle-  
 ſiæ Ieſu Chriſti cœperunt. Papa certe, cū  
 ſe Rom. Imperij dominū fecit, & ius con-  
 ferendi illud cui uellet ſibi ſumpſit, fauo-  
 re Principum adiutus facile eſſecit quic-  
 quid uoluit, nec prohiberi ulterius po-

COMMENT. IN II. EPIST.

tuit, quin suarum abominationum, quā-  
tum uellet, cōstitueret, & pferret in lucē.

Testatur autem & Apostolus Ioānes,  
Antichristi impietates in ipsis quōque Apo-  
stolorum temporibus aliquouelquē inua-  
lescere cōpisse. Ita scribit enim i. Ioan. ij.  
Nunc sunt Antichristi multi. Sed tandē  
insignis quidam impostor & Antichri-  
stianæ factionis quoddam supremum  
Caput, cum prohiberi amplius non pos-  
set, quia summo loco inter Principes hu-  
ius seculi dominabatur, Papa uidelicet,  
cōepit perdere Ecclesias Dei, & oīa ue-  
rē religionis, quę fuerant instituta a Chri-  
sto Iesu, opprimere & conculcare.

Nota est autem emphasis, uerbi ἐπιρ-  
σῆν . Significat enim agere & uim su-  
am exercere . Id tectius faciebat Anti-  
christus Apostolorum temporibus, &  
uim suam & efficaciam propagare occul-  
tius studuit. Plane tamen ostendit ac de-  
clarauit, quod aliquid moliretur ad per-  
dendum Ecclesias Iesu Christi; idque a-  
deo in ipsis primordijs, cum uix natæ es-  
sent Ecclesiæ. Ita enim erant multi qui no-  
ua dogmata, pugnātia cum fide in Chri-  
stum, ætate Apostolorū introducebant;  
& persecutiones ad opprimendum Euā-  
gelij doctrinam excitabant.

Et

Et tunc reuelabitur ille iniquus: quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet ad paritione aduentus sui.

Reuelabitur, quia manifeste exurget, prodibit, erit potens, & operatione impietatis & erroris efficiet quicquid uult: & si enim ne tunc quidem potuerit ab omnibus cognosci. Nam speciem pietatis semper retinuit, & quicquid effecit, per errorem & Satanicas operationes firmavit. Antea uero quam dominari in regnis mundi huius cœpit, nō potuit ea uiolentia aut tantis insidijs grassari, quātis postea omnia pro abominationibus suis constabiliendis peregit.

*ὁ ἀνομος*, iniquus. Significat eum qui nulla legum reuerentia tenetur, nec aliquo numinis metu. Quasi dicas, effrenis iste impostor & sceleratus homo, quā nulla bonarum aut piarū legum regula uult duci aut teneri, sed præcipitato cursu fertur, tum contra humanas, tum etiam contra diuinas. Seseque iactat omnibus superiorem: omnes & omnia contemnēs. Omnium libertatem opprimens, neque permittens, se ab ullo homine iudicari. Et

## COMMENT. IN II. EPIST.

hoc unum requirens, ut suis constitutionibus omnes obediant: nec utilitatis, uel honestatis habita aliqua ratione.

Hæc uero ut quadrent omnia in Papam, ex superiore scripto, de furente Antichristo, seseq; pro Deo ostentante, intelligi non nihil potest. Est autem hoc quoque insigne facinus τῆς ἀνομίας & summæ iniquitatis in Papa, quod nulli tractatori, seu expositori sacrarum literarum cedit: quantum cumq; firmis rationibus sanctarum scripturarum ille nitatur. De qua impudentia legi possunt, quæ sunt in libro Decr. dist. xx. Etsi eo loco excuset Gratianus eam Papæ audaciam & uolentiam, tanquam sit recta, utilis, necessaria & iusta: cum uiolet non tantum ius humanum, quo inuicem cedunt sibi homines, qui ueritatem inquirunt, & utilitati reipublicæ consulunt, sed etiam sacrarum literarum autoritatē irrideat atq; cōtemnat. Nam illis iubemur cedere inuicem pro ueritatis indagacione, nec assentiri ullis doctrinis, nisi quas constet cum uerbo Dei consentire.

Ac possent hic recitari multa alia exēpla audacium scelerum, quæ Ro. Pontifices contra humanas & diuinas leges audent atq; admittunt; ut Anomi non tantum

cum



tum, uerum etiam Antinomi uocari que-  
ant. Ita em̄ omnibus æquis, iustis & p̄is  
legibus aduersantur, omnesq; cum libet  
soluunt. Nam ipsa quoq; fœdera, seu pa-  
cta & iuramenta, quibus subditi obstri-  
cti & obligati sunt Principibus & Magi-  
stratibus, rumpūt, & cum summa iniqui-  
tate dissoluunt. Qua de re legi possunt,  
quæ sunt in Decr. Papæ. Cau. xv. q. vi.  
Quo loco etiam gloriatur Papa, de ante-  
cessorum suorū exemplis, quasi ista pri-  
us inaudita temeritas, possit aliorum fa-  
cinorosa facta excusare. Aut quasi pessi-  
ma aliorum exempla, etiā nouis patrocini-  
entur.

Ita sunt ergo isti Pōtifices, qui contra  
iūs diuinum primas in omnibus uendi-  
cant sibi, non tantum audacter impij, sed  
etiam cum uiolentiā tyrānidis iniqui: &  
omnium bonarum constitutionum, pa-  
ctorum & ordinationū aduersarij & ho-  
stes. Et quid non auderent, qui ipsa quo-  
que Dei mandata in irritū ducunt? Quo-  
ties enim contemnunt diuinas leges, in-  
stituta & ordinationes? Nam & coniu-  
gia prohibent, a Deo ordinata & institu-  
ta, tum etiam præcepta his, qui continē-  
tiam aliter seruare non possunt.

Huc pertinet Pontificia tyrannis ista,

COMMENT. IN II. EPIST.

quam exercet Papa, in reſeruatione certorum caſuum, qua uidelicet nulli remittit peccata, neque permittit remitti, non placatus antea certis ſatisfactionibus.

Quaſi remiſſio peccati ſit aliquid ſuę priuataę poteſtatis, & non potius publici iuris in Eccleſia, cuius ſunt diſpenſatores & miniſtri Eccleſię Doctores, qui ad hoc uocati & ordinati ſunt. Omneſque pollent eadẽ poteſtate, nec unus minus, alius plus, accepit: ſcilicet, p̄ reſeruatione aut remiſſione peccati. Nec diſpenſant illum theſaurum p̄ ſuę uoluntatis arbitratu: ſed certis legibus. Quas cum Papa contemnit ſuperbe, & ſibi plus arrogat, quam donatum eſt Eccleſię, & plerunque retinet peccata quibus nulla poteſt retinere, non iniuria Antichriſtianę iniquitatis & tyrannidis accuſatur.

Sed iam ſatis eſt exemplorum, quę probant Papam ſumme iniquum eſſe, tam in homines quam in Deum, & Antichriſti munus omnibus modis comple-re. Iam etiam Antichriſtum Paulus ita re-gnaturum fuiſſe, eaq; potẽtia munitum, prædixit, ut nulla quam diuina potentia extingui tandem ac deſtrui poſſit. Idcirco enim inquit: Quem Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet ad-  
pari

paritione aduentus sui. Ita enim specie religioſorum cultuum conſectus eſt, ut eius mendacia & impoſturæ, niſi per diuinam reuelationem, quæ fit ſpiritu ſancto per uerbum Dei, cognoſci non poſſint. Et potentia ſecularis dominationis ita munitur, ut deficere a Papa, & Chriſto ſe coniungere, ſine periculo facultatum, honoris & uitæ, nemo poſſit.

Quapropter opus in Eccleſia habemus, ut Papa uirtute ſpiritus Chriſti reſectus cognoſcatur, qualem egerit impoſtorem, ſimul ut nos illo eodem ſpiritu cõfirmati, poſt diutinos errores ad Chriſtum recurramus. Quod cum fit, deficit ſubinde Antichriſtus, & paulatim conſumitur. Eſi non poteſt totus proſterni, uel eijci extra Eccleſiam, quam diu hic mundus durat. Quia eius ſemper remanebunt aliquæ reliquiæ, uſque ad iudicis Chriſti aduentum. Tunc enim funditus extirpabitur, & totus deſtruetur. Interea diligentius uigilandum eſt nobis omnibus, ne cui ſit noxius, ut hætenus fuit. Nam idcirco per uerbum Dei reſectus eſt nobis, ut inſidiantem declinemus & caueamus.

COMMENT. IN II. EPIST.

Eum, cuius est aduentus secundum efficaciam Satanæ: in omni uirtute & signis, & prodigijs mendacibus.

Nihil igitur potest Antichristus, non adiutus a Diabolo: a quo uidelicet agitur & impellitur efficaciter. Nec ob id contemnenda est illius potestas: sed hoc magis metuenda. Horribilis enim impostor est, & efficax mendaciorum Magister diabolus. Deinde præcipuus ac summus aduersarius & calumniator regni gratiæ Domini nostri Iesu Christi. In hoc autem rogandus est Deus, ut nos protegat per Christum, neque sinat Diabolum suis prestigijs in nos præualere. Testatur autem & alio loco Paulus, impias doctrinas ab instinctu demonum proficisci, uidelicet, i. Timoth. iij. Et Doctores, qui impia docent, & credi uolunt pia & recta se tradere, adsimilat Satanæ, qui se transfiguratur in Angelum lucis. ij. Cor. xi. Tunc maxime cum per impios Doctores querit noxius esse, quos etiam signis & prodigijs mendacibus adiuuat.

Quod ad signa attinet, impius Mahometus dicere solitus fuit, se non in uirtute signorum sed armorum uenisse, quo manifeste confessus est, quod pro sua no

1. Reg. 22.  
2. Paral. 18.

Gen. 3.

ua lege non nisi sceleratum homicidam egerit. Vidit impius homo, & mendax ac uiolentus impostor, Euangelium de Christo habuisse sua testimonia diuinæ uirtutis per miraculosa signa, quibus cū ipse destitueretur, uiolenta manu statuit omnia peragere. Sed in Papatu iactabatur plurima signa: quæ quia testimoniū ferebant uerbo, repugnari doctrinæ Euangelij, non obscurum est, quem artificem habuerint & Magistrum, nimirum, Diabolum. Quæ, cur mendacia signa uocentur, ambigitur.

Augustinus lib. xx. de ciuit. Dei, cap. xix. Soluetur, inquit, Satanas, & per illum Antichristum, in omni sua uirtute, mirabiliter quidem, sed mendaciter operabitur. Quod solet ambigi, utrum propterea dicta sint signa & prodigia mendacij, quoniã mortales sensus per phantasmata decepturus est, ut quod non facit, facere uideatur. An, quia illa ipsa, si erant uera prodigia, ad mendacium pertrahent, credituros nõ ea potuisse nisi diuinitus fieri, uirtute Diaboli crescente, maxime, quando tantam, quantam nunquam habuit, accepit potestatem.

Hæc posterior ratio mihi præcipuo placet, ut credas facta esse, ne deessent ex

## COMMENT. IN II. EPIST.

ercitia fidei iustis: iniustis autem et superstitiosis occasio fierent grauioris ruinae & maioris excæcationis. Solent enim ob id permitti a Deo, quæ mendacibus doctrinis testimonium perhibent ueritatis, quemadmodum de causa talium signorum docemur, Deu. xij. Moses quoque, de incantatoribus, quorum opera usus est Pharaos, Rex Ægypti, ut signa Dei, tamquam præstigias incantantium eluderent, scribit, quod uera signa ederint, hoc est, ueros colubros fecerint, pietatis in medio uirgis. Tametsi imposturæ essent & mendacia in his ipsis signis, tum quod diuina uirtute non fiebant, sed permittente Deo magica incantantium arte, tum etiam, quia doctrinis dæmoniorum suffragabantur & testimonium ueritatis deserebant, atque ita ethnicam impietatem confirmabant.

Et in omni seductione iniquitatis, his qui pereunt, eo quod dilectionem ueritatis non receperunt, ut salui fierent.

His ipsemet Paulus de causis prodigiorum mendacium satis aperte se exponit. Fiebant igitur uere illa mendacia signa,

gna: sed impijs in pœnam & seductionē, qua iniquitati, tanquam summę iusticię consentiebāt. Aut dicens: seductionem iniquitatis, Apostolus, tam de impijs doctrinis q̄ mēdacibus signis loquit̄. Vtrisque em̄ destruit̄ fides in Christū. Punire aut̄ Deum, erroribus & excęptione, sui uerbi contemptū, etiā illa Christi testant̄, Ioā. v. Ego ueni in noīe Patris mei & nō recepistis me: si alius uenerit suo noīe, illū recipietis. Nam & Iudęi postea q̄ repulerunt Christū & Euāgelij doctrinā, perpetuis impostoribus uexant̄. Et in ultionem peccati, id est, infidelitatis & impœnitentię, quę in Papatu admisimus, castigantur haud dubie multi, usq̄ in hunc diem, ne credant Euangelio, nec possent grauiore pœna affligi, quam illa seductione iniquitatis.

Seductio, Græce est ἀπάτη. Quo nomine significatur fraus & deceptio, qua quis a uia abducit: non qua errās deuiat ipse sua culpa, sed aliena astutia & insidijs deceptus, ne rectam uiam non amittat. Quem admodū cum credimus & obtemperamus, his qui nos a fide in Christum auertunt, & a uera erga Deum pœnitentia, persuasi quod uera & recta nos doceant, Hęc igitur seductio talis est,

## COMMENT. IN II. EPIST.

ut in ea mendacium pro ueritate amplectamur, & uocatur iniquitatis, quod in grauissima peccata per eam, & impiorum cultuum iniquissima studia, a iusticia & salute Euangelij, derorquemur.

Porro dilectio ueritatis, est amor & studium ueritatis, nominatim autem illius doctrinae, quae tradita est in Euangelio, de nostra aeterna salute per Christum. Cui nunc Papistae ita repugnant, ut uix unquam atrocius saeuitum sit in eius ueritatis professores, nisi quod non omnibus in locis saeuire illis permissum est. Quia in multis regionibus a superiore potestate prohibetur: quod nisi fieret, neminem ferrent qui ueritatem Euangelij & Christi gloriam profiteretur. Theophylactus dici putat Christum, quem repellant infideles, qui est, ut inquit, charitas & ueritas. Sed haec eius sententia, non est diuersa a nostra expositione, nisi quod nostra illa est simplicior.

Ideo mittet illis Deus efficacem imposturam, ut credant mendacio, ut iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati, sed consensum prae-buerunt iniquitati.

His



His fere eadem sententia Apostolus, quę iam exposita est, agit de pœna incredulitatis & impœnitentię, quibus uicij fit, ut doctrinę ueritatis & salutis quidã contradicant. Ideo & tali ultione animaduertit in istos Deus, ne credant nisi ex efficaci impostura mendacio, hoc est, mendacibus ualidissimę imposturę doctrinis. Tales sunt autem, cum impijs doctrinis accedunt mendacia signa. Seducti autem periculosissime falluntur, quia cum credunt se in uia iusticię, ueritatis & salutis esse, ambulant in uia iniquitatis, mendacij & sempiternę perditionis.

Cum his si quis conferat, quę seductores Papistę pro summa laude esse sibi ducunt, facile intelliget, quę præcipua præmia ipsis debeantur, nimirum grauior ira & duplex condemnatio, & in omnibus maior quam reddetur seductis. Sunt autem impię doctrinę, quas Deus permittit uenire, efficaces imposturę, quoniam habent cooperatorem Diabolum excæcantem mentes infidelium, ut Paulus

2. Cor. 4.

COMMENT. IN II. EPIST.

Esa. 6. producit de ea hoc Esaiæ testimonium: Vade & dices populo huic, audite audientes & ne intelligatis, &c.

Hæc hæctenus de Antichristi iniquitate & iniusticia: & de his omnibus malis, quæ per impias doctrinas, & oppressionem Euangelij de Christo, inuexit & adhuc inuehit in Ecclesiam. Sequentia Paulini scripti continent gratulatoriam consolationem, qua Thessalonicenses uoluit confirmare in fide salutis, quæ est omnium a Christo Iesu. Pertinet igitur ea cõsolatio ad omnes, qui per Euangelium in Christum Iesum credunt. Quapropter & nobis loqui existimemus. Apostolum in ea consolatione, & nihil metuamus insidiantem Antichristum, si modo spem salutis firmam per Christum retinuerimus, usque ad finem huius nostræ uitæ. Sed nunc Apostoli consolationem audiamus. Nã eius sunt hæc uerba.

Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro uobis fratres dilecti à Domino: quod elegerit uos ab initio ad salutem, per sanctificationem spūs, & per fidem ueritatis.

Primum, gratiarum actio non est ociosa.

sa. Glorificat enim Deū pro suis donis, & hortatur nos ad exempli imitationē: ut de his locis ab huius Epistolæ initio *Dilectio erga nos Dei.* abunde satis scripsi. Porro dilectionis erga nos Dei certa & firma signa, sunt ipsa Euangelij annunciatio, & prædicatio remissionis peccati per Christum. Fit enim illa annunciatio uoluntate Dei, & testatur quod in gratiam adoptionis per Christum suscipiamur, & loco filiorum Dei habeamur: si modo sint qui doctrinā Euangelij fide recipiant, & gratiæ misericordie Dei sese committāt. Psal. 147. Diligit Dñs timentes se, & sperantes in misericordia eius. Et Ioan. iij. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum nō pereat, sed habeat æternam uitam.

Hęc est ergo gratia Dei, qua fecit nos acceptos per dilectū. Eph. i. hoc est, per filium Christum. Vē igitur impijs Doctoribus istis, qui iubent nos de gratia Dei dubitare, & utrum a Deo diligamur. Cum Deus nihil perinde certum esse nobis uelit, quam ut credentes Euangelio existimemus nos in gratia eius esse, & diligi propter Christum. Tum etiam ut ipsi uicissim diligamus Deum, quos ut filios ipse prior dilexit, & per

COMMENT. IN II. EPIST.

mortem unigeniti filij saluos fecit. Rom. v. Commendat aut̃ charitatem suam Deus erga nos, quod cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis iustificati nũc in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum. Constat igitur, quod credentes in Christum diligimur a Deo, quem uicissim merito diligimus. i. Ioan. iij. Nos ergo diligamus Deum, quoniã Deus prior dilexit nos. Non potest enim diligere, nisi sciatur placatus esse, & nos diligere.

Proinde & in cõfirmationem fidei nostræ, qua sciamus nos diligere a Deo propter Christum, dicitur in eadem Epistola eodem capite: Per hoc adparuit charitas Dei, quod filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut uiuamus per eum. In hoc est charitas, non quod nos dilexerimus Deum, sed quod ipse dilexit nos, & misit filium suum propitiatorum pro nostris peccatis. Ex his intelligis optime Lector, quanta fidei exercitia, quantas consolationes, laudes & gratiarum actiones extinguant isti impij doctores, qui nos de gratia Dei iubent dubitare: esseq; aduersarios doctrinæ Euãgelij, & spiritu Antichristi agitari. Ingēs enim materia laudis & gratiarum actionis

nis

nis oblata est omnibus, qui didicerunt firmis rationibus, se diligere a Deo, & per Euangelium ad æternæ uitæ salutem uocari. Et cum credimus Euangelio, quanto obsecro consciētiarum mœrores excutimus: & quanta desperationis pericula euadimus? Ideo & Paulus Rom. v. inquit: Iustificati ex fide pacem habemus erga Deum, &c. Danda igitur cum primis opera est, ut doctrinæ fidei in Christum certi simus, & sciamus nos per ipsum diligere a Deo. Neque auscultemus istos doctores, qui quæ certa esse nobis uoluit Deus, ipsi faciunt incerta, & quantum possunt fraudant nos æternæ uitæ salute. Nunc autem, quādo id exigat ratio & ordo enarrandi Paulini scripti, pauca quedam & de diuina electione dicamus.

Electio significat propositum miserēdi, & saluos faciēdi, quos Deus illo proposito ordinauit, ut uitam æternam hæreditate consequantur. Nec est curiose de hoc Dei consilio disputandum, sed eo cognito fides confirmanda est, qua certo statuamus nos diligere a Deo, & salutē æternæ uitæ consequi per fidem in Christum. Et diuini consilij proposito, nobis reuelato utamur contra tentationes desperationis. Ideo & Paulus cum inquit,

*De diuina electione.*

COMMENT. IN II. EPIST.

elegit uos ab initio ad salutem, indicat æternitatem istius propositi, ac firmitatem seu immutabilitatem. Hinc dicitur & Eph. i. elegit nos per filium ante mundi constitutionem. Neque cadit in diuinam mentem mutatio. Roma. xi. Immutabilia sunt dona & uocatio Dei. Malach. iij. Ego Deus & non mutor. Iacobi primo. Apud quem non est transmutatio, nec uicissitudinis obumbratio. ij. Cor. i. Quotquot enim promissiones Dei sunt, per ipsum etiam & per ipsum sunt Amen, Deo ad gloriam. Idcirco maxime certi sumus & securi æternæ uitæ quatenus in Christum Iesum credimus. Certi & securi, quia consilium Dei mutari non potest, & quia Deus ordinauit ut credentes per Euangelium in Christum Iesum habeant æternam uitam.

Nec alio nos ducit Paulus, illa sua doctrina de electione, nisi ut firmitatis diuini propositi nos admoneat, ac faciat certos æternæ salutis, quatenus in Christum Iesum credimus. Quia statim postquam nos illius propositi admonuit, subiicit expositionē de medijs, per quæ iuxta Dei ordinationem æternam uitam consequamur. Sunt autem sanctificatio spiritus, & fides ueritatis. Id est sanctificatio.

ficatio nostri, quæ fit spiritu sancto: & fides ipsa promissionum Euangelij, de peccati remissione & æterna uita per Christum. Est autem officium spiritus sancti, inquinata uicijis & peccato corda sanctificare, id est, repurgare ab his inquinamentis. Et nouos motus in illis creare, ac nouum lumen, ut & diligant Deum & mandata eius custodiant, & per Euangelium in Seruatorem Christū Iesum credant.

Dicitur autem a Paulo, noticia seu fides promissionum Euangelij, fides ueritatis. Et ea figura dicendi fere usus est ad Tit. i. Paulus seruus Dei, Apostolus autem Iesu Christi, secundum fidem electorum Dei et agnitionem ueritatis, quæ secundum pietatē est in spe uitæ æternæ. Hæc fides igitur est specialis illa & iustificans, qua a Deo electi ad salutem beati efficiuntur & sumus, nec sine hac fide potest quisq̄ saluus fieri. Ideo & Act. xiiij. dicit: Crediderunt, quotquot erant præordinati ad æternam uitam. Hæc doctrina etiā excludit Pharisaicā gloriationem, & factorum nostrorū meritis derogat. Quia testatur neminem eligi per iusticias legis, ut saluus fiat: sed per spiritus reuocationem & fidem in Christum, qui est

## COMMENT. IN II. EPIST.

precium & satisfactio pro nostris peccatis, & pro æterna morte. Sed hæc explicanda sunt in doctrina, de uocatione nostri per Euangelium, de qua mox subiicitur ab Apostolo Paulo.

Ad quod & uocauit uos, per Euangelium nostrum, in acquisitionem gloriosam Domini nostri Iesu Christi.

Vocauit, inquit, uos Deus, quos elegit ad immortalis uitæ gloriam, uocauit autem, non per legis iusticias, sed per Euangelium nostrum, hoc est, per meam prædicationem, de æternæ uitæ salute, quæ doctrina in Euangelio de Christo continetur. Hanc summam doctrinæ Euangelij fere complexus est Paulus, secunda Timothei primo. Saluos fecit nos & uocauit uocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam, quæ data est nobis per Christum Iesum ante tempora æterna: manifestata est autem nunc per adparitionem Saluatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit quidem mortem, uitam autem & incorruptibilitatem in lucem produxit per Euāgelium. Ideo per  
Euange



Euangelium, quia nisi per illius annunciationem credi in Christū, qui nunc glorificatus regnat a dextris Dei Patris in cœlis, non potest.

Iam cum Paulus hæc Gentibus scribat, de Gentium uocatione debent intelligi potissimum. Vnde & acquisitionem gloriosam Christi, intelligamus dici Gērium salutem, quæ per Christū illis parta est. Ideo et Psal. ij. dicitur: Postula a me, & dabo Genes hæreditatem tuā, & possessionem tuam terminos terræ. Et Esaię xlix. Dedi te in lucem Gentium, ut sis salus mea usq; ad extremum terræ. Quamquam autem & bonæ conscientiæ iusticia necessaria est, quia q̄ flagiciose uiuūt, non possunt Deo placere, tamen nō meretur nec remissionem peccati, nec uitæ æternæ donum. Nam hæc gratiæ beneficia conungunt nobis per solam in Christum fidem. Opera autem quæ præstamus per nostræ obedientiæ iusticiam ex fide, placent Deo, ac sunt spirituales cultus, & accipiunt sua præmia in cœlis.

Rom. 3.

Ioan. 3.

1. Pet. 2.

2. Tim. 4.

Itaq; fratres state, & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per Epistolam.

His ipsam quoq; per seuerātiā requi-

COMMENT. IN II. EPIST.

rit Apostolus, tum fidei, tum etiam morum, seu bonorum operum. Est enim necessaria uirtus, sine qua nihil proderit in studijs pietatis aliquando bene cœpisse. Qua de re p̄dest legere, quæ sunt Ezech. xviij. Et i. Cor. ix. dicitur: sic currite, ut comprehendatis. Vocat autem traditiones Paulus, quicquid se docente et tradente, didicerant Thessalonicenses, hoc est, Euangelij doctrinam, de uera pœnitentia erga Deum, ueraq; fide in Dominum Iesum. Nam Apostolo Iesu Christi non licuit aliud docere. Et scripta Pauli satis testantur, quam in docendo materiam retinuerit, & quomodo omnibus p̄js Ecclesiæ doctoribus sit imitandus. Nam et rationem docendi a Christo traditam, ipse secutus est, nulli Apostolo inferior, & nulli in doctrina repugnans.

Ipse uero Dñs noster Iesus Christus, & Deus ac Pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam per gratiã, exhortetur corda uestra & confirmet uos in oĩ fermõe et opere bono.

Exhortationi pro retinenda perseuerantia, qua simul in studijs pietatis proficiamus.

ficiamus, crescentes in quolibet bono opere, (hoc est enim perseverare, etiā urgere, ut subinde melius præstes quæ bene cœperis.) Apostolus & precationē subiicit, qua nihil obscure docet, omnes uere Christianas uirtutes, & ipsam adeo perseverantiam, dono Dei cōtingere nobis. Et significat nobis quoq; opus esse cōtinuis precationibus & inuocatione pro ipsdem donis, & præcipuè cuiusdam uigilantiæ studio. Nam & alio loco scribit: *Phil. 28*  
 cum metu et tremore uestram salutē operemini, Deus est enim, qui operat̄ in uobis uelle & efficere, pro beneplacito.

Nec est negligēter prætereundū, quod Paulus restat, ipsum Dñm nostræ lesum Christū, esse eorūdem donorū cum Deo Patre nostro, largitorē. Ita em̄ Deum esse significat, & cum Patre Deo efficere, ut proficiamus & perseveremus in quolibet bono opere. Atq; huc facit illud loā. xv. sine me nihil potestis facere, id est, sine mea uirtute, & potētia agente in uobis. Et ad Eph. ij. dicimur cōditi esse per Christū Iesum ad bona opera, quæ Deus præparauerit, ut in ipsis ambulemus.

Porro de dilectione erga nos Dei antea abunde satis dictum est. Cæterum æterna illa consolatio, quam Deus uult

## COMMENT. IN II. EPIST.

perpetuo extare in Ecclesia, est ipsa Euāgelij doctrina, & annunciatio remissionis peccati per Christum, qua etiam erigimur omnes in spem bonam, accipiendæ uidelicet æternæ uitæ per eundem.

Contingunt autem nobis illa eadem dona per solam gratuitam gratiam Dei, de quo frequenter docendi sumus, ne quis superbe de meritis suarum iusticiarum gloriatur.

## CAP. III

**C**Æterum fratres orate pro nobis, ut sermo Dei currat & glorificetur sicut apud uos, & ut liberemur ab importunis & malis hominibus.



**H**SE plurimas causas necessariæ orationis, qua gratiam nobis & auxilium flagitemus a Deo, plane liquet ex his quæ docuit Christus in formula orationis, nobis a se præscriptæ. Paulus igitur

tur & pro se uoluit precatiões fieri, cum ut Euangelium utiliter doceret, tum etiã ut liberaretur ab importunis et malis hominibus, qui suis conuicijs & contradictionibus Euangelij cursum remorabantur. Currere autem dicitur sermo Dei, cū in prædicatione & doctrina nihil impeditæ sed fœliciter propagat, ita ut a multis fide recipiatur, & illi credentes glorificent Deum & salui fiant.

Cæterum Paulus, cum ageret Athenis, & hæc scriberet, habuit importunos multos, & doctrinæ Euangelij infensos: cum primis Philosophos, ut a quibus Christiana doctrina præcipuo irridebatur, eo quod in articulis fidei nullis rationis probationibus niteretur. Hinc enim Apostolum ipsum, illius doctrinæ præconem, uocabant ignominiose spermologum, hoc est, scurram, uanum, leuem atq; nugacem hominem, cui tãquam de inanibus & uanis concionanti nulla fides habenda esset. Nam & articulo de resurrectione mortuorum omnium præcipuo offendebantur, ut refertur Act. xvij

Nunc Papam & Papistas præcipuos aduersarios habemus, uere importunos & malos homines, qui doctrinæ Euangelij cursum suis criminationibus retar-

COMMENT. IN II. EPIST.

dant: & prædicati uerbi Dei fructum & gloriam, quantum possunt, impediunt. Oïbus bonis & pijs hoïbus molesti & noxi, quapropter non possunt Deo placere, in oïbus consilijs & factis suis. Sed oportet, ut in his omnibus sint infelices & infœliciter agant. Sūt præterea multi impij Doctores, qui peruersa & fanatica in studijs suis ingerunt, ut Anabaptistæ & illorum alij similes. Orandum est autem, ut ab his omnibus importunis et malis hominibus liberemur.

Sæpe autem docemur Pauli exemplo, de necessitate orationis pro Ecclesiæ doctoribus, quo adiuti a Deo, sermonem fidei expeditius loquantur, & illius doctrina & prædicatione in pluribus fructificent. Vt Rom. xv. Obsecro uos fratres per Dominum nostrum Iesum Christum & per charitatem sancti spiritus, ut adiuuetis me in orationibus uestris pro me ad Deum, ut liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa. Et Col. iij. Orationi instate, uigilantes in ea cum gratiarum actione, orantes simul pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium sermonis, ad loquendum mysterium Christi. Sciamus igitur, huius officij nos quoque debitores esse, pro Ecclesiæ doctoribus & pro doctrinæ uer-  
**bi**

bi Dei gloria. Quod cum præstiterimus, id prodesse non tantum alijs, pro quibus preces fundimus, (Ita autem frequenter pro multis orandum est.) uerum etiam nobis utile esse, cum ut tranquillius & nos agamus, tum etiam ut uerbi fidei fructum subinde melius percipiamus.

**Non enim omnium est fides.**

Hæc testantur, fidem esse insigne & rarum Dei donum. Est autem ratiuncula in hoc dicto Pauli, edisserens cur quidam Euangelio resistent & contradicant, ut opus sit orationes facere pro uerbi Dei doctoribus, contraque importunos. In quibus ipsa contradictio & rebellio arguit, fidem in Deum istos nullam penitus habere aut habuisse: & si iactent se quoque credere Euangelio Dei nostri. Nam & Iudæi, qui Christo contradicebant, iactabant se credere in Deum Patrem & conditorum reum omnium. Si igitur in huiusmodi importunos & malos homines incideris, quorum semper ingens multitudo est, cogitabis fidem rem esse minime uulgarem, nec contingere illam, nisi electis a Deo & præordinatis ad eternam uitam. Est autem diligentius uigilandum omnibus pijs in orationibus suis, ne increduli isti sua importunitate & malicia noceant

COMMENT. IN II. EPIST.

nobis, neque eripiant nobis salutis doctrinam, quod constat maxime conari eos. Quorum peccata punit Deus, ne si credant Euangelio salui fiant.

*Esa. 6.*

*Mar. 4.*

*& Cor. 4.*

Iam etiam illo doctrinæ genere, quoties intuemur raritatem credentium, muniamus corda nostra, ne etiam ipsi a fide deficiamus. Credunt enim soli, quos Deus docet ac trahit, quorum paucitatem & Esaias considerans ait: Domine quis credit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est? Quid? quod fere non credunt Euangelio, nisi homines ignobiles, indocti & insipientes carne. Aut certe pauci cum his ex sapientibus. Ut testantur illa Pauli, i. Cor. i. Videte uocationem uestram fratres, quod non multi sapientes iuxta carnem, etc. Qui locus etiam docet, cur Deus hoc delectu utatur, in quo potiores habet insipientes quam sapientes, infirmos quam potentes, peccatores quam iustos, ut uidelicet confundat, qui suæ sapientiæ, potentiæ, nobilitatis & iusticiæ fiduciam habent. Hæc enim docet ex Hiere. cap. ix.

Aduersatur enim & resistit superbis Deus, humilibus autem dat gratiam. Id est, omnibus illis irascitur, & punit eos, qui rerum quarumcunque suarum fiduciam

ciam



ciam habent. Atq; ideo dicitur, se beneficia gratiæ suæ non nisi paruulis, id est, insipientibus carne reuelare, sapientibus autem & magnis illa abscondere. Quo nomine etiam gratias agit Deo Christus, Matth. xi. Gratias ago tibi Pater, Domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita Pater, quoniam sic placitum est coram te. Et contra Pharisaice iustorum superbiam dictum est, Matth. ix. a Christo Iesu. Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Quapropter & hæc præcipua quædam sapientia spiritus est, neq; raritate, neque uilitate credentium offendi, sed in his omnibus scandalis nihil moueri, quin permaneas atq; perseueres firmus in fide. Qua q̄ credunt, de solius diuinæ sapientiæ, potentia & misericordiæ bonitate gloriantur.

*Hic. 9.*

Fidelis autem Deus est, qui confirmabit uos, & custodiet à malo.

Dixerat de periculis, quibus possint aliqui a fide auerti. Ita sunt em̄ multi homines importuni & mali, qui Ecclesiam Dei uarijs modis uexant, & impia doctrina illā, aut prophanis constitutionibus, aut deniq; persecutionum atrocitate de-

COMMENT. IN II. EPIST.

struunt atque corrumpunt. Ideo adiecit  
Apostolus peculiarem aliam consolatio-  
nem, qua iubet, ut qui Euangelio credi-  
derunt, & sunt in iam dictis perturbatio-  
nibus, bene sperent de diuini auxiliij præ-  
sentia. Talibus enim nõ potest deesse De-  
us, quin confirmet eos et liberet a malo.  
Fidelis est enim, & promissa sua his qui  
credunt in eum, & expectant sui libera-  
tionem, præstat. Promisit autem, se affo-  
re suis, omnibus diebus, usque ad con-  
summationem seculi.

Ita uidemus ergo Ecclesiam frequenter  
affligi, et esse in maximis tentationũ peri-  
culis, & tñ cõseruari eam, atq; eripi ex o-  
mnibus malis. Et hæc est precipua quæ-  
dam Deoq; digna fidelitas, suis nunquã  
deesse, ne quidem in extremis malorũ pe-  
riculis. Vt enim solus tñc potest, ita uult  
auxilium tentatis præstare, & confirma-  
re illos & custodire, ne in aduersitatũ &  
tribulationum malis uincant. Tandem-  
que aduersarijs digna retribuere. Quem  
admodũ & Petrus inq̃t: Nouit Deus pi-  
os de tētatione eripere, iniquos uero in-  
dicũ iudicij reseruare cruciandos. Exercẽ-  
da igit̃ fides est, & paciẽtia in tribulatio-  
nibus, & expectandũ omnibus pijs sem-  
per auxilium a Deo, quo non deerit suis  
tempore

re cūprimis cōuenienti & opportuno.

Confidimus autem de uobis fratres in Domino, quod quęcunq; precipimus, & facitis & facietis.

Hac aut simili figura dicendi, si adposite utamur, plus impetramus ab his quibus cum agimus, q̄ si duris increpationibus & acerbis cōminatiōibus instemus. Ut ne dicā Euangelici doctoris esse, oīa moderatis correptiōibus et suauibus exhortatiōibus, quę in officio habet, peragere, atq; ita retinere in studio pietatis, q̄s doctrina Euāgelij formādos suscepit.

Quod tamen Paulus inquit, confidimus de uobis fratres in Domino, significat se ijs loqui, qui fidem Euangelij receperunt: & ob id honore Domini nostri Iesu Christi omnia faciant ac facturi sint, quęcunque debent. Sunt autem debitores glorificandi Dei per omnem occasionem: deinde & castigandę carnis, & seruiendi proximo.

Dñs autē dirigat corda uestra, in charitate Dei & in patientia Christi.

Id est, Dominus ita dirigat & gubernet uos, in uera charitate erga Deum, ut mandata eius faciatis, simulque in

COMMENT. IN II. EPIST.

fide erga Christum, ut patientiam in omnibus afflictionum difficultatibus præstetis. Dicitur est autem supra, quorsum sit opus his precationibus, & quomodo omnis Christianæ uirtutis laus ex Deo est.

Igitur charitatis Dei nomine hoc loco dici intelligamus, eam dilectionem nostri erga Deum, qua mandata eius prompta obedientia facimus, eum honorantes, qui uidelicet prior dilexit nos, & tradidit unigenitum filium suum propiciationem pro nostris peccatis. Nam uera illa & efficax dilectio uirtus est credentium Euangelio Christi, quam & inesse sibi declarant, quicumque uera in Christum fide præditi sunt. Deinde, Christi patientiam eam uirtutem dici putemus, quæ intra nos est, quaque uarias afflictionum corporaliū persecutiones propter Christi nomen & gloriam perferimus patienter, quæ similiter credentium uirtus est, eiusque debitores sumus, ut præceptæ dilectionis. Et uocamur ad hoc patientiæ obsequiū exemplo Christi, i. Pet. ij. &c. Præstemus igitur patientiam, sine desperatione, ira aut murmure aduersus Deum.

Præcipimus autem uobis fratres,  
in no

in nomine Domini nostri Iesu Christi, ut subducatis uos ab omni fratre, ambulante inordinate, & non secundum traditionē, quā accepit à nobis.

Quos Paulus in hac adiuratione dicat inordinate sese gessisse, minimeq; ferendos duxerit, ipse mox infra clare exponit, maximeq; cum inquit: Audiuimus enim inter uos quosdam ambulare inordinate nihil operantes, sed curiose agentes. &c. Loquitur ergo de ociosis istis, qui luxum & intemperantiam sectabantur, & si quid comparatum esset, ad necessarios usus pauperum in Ecclesia, & Doctorum eius, id ipsi, homines ociosi, inertes & noxii, deuorabant. Quemadmodum fit hoc tempore, quod ex opibus Ecclesiæ in usum studiosorum cedere debuit, & in pauperum & ministrorum Ecclesiæ sustentationem, id ab ociosis Canonicis deuoratur & nephario luxu perit: Itemq; a Monachis, quorum nullus est usus in Ecclesia. Ac sunt reuera Monachi noxia quædam scandala orbis terrarum. Cum igitur Paulus inquit, ut subducamus nos a talibus, iudicat eos habere peccatum excommunicatione & æterna morte dignum. Olim enim qui

COMMENT. IN IL. EPIST.

sic peccabāt, aut ferendi non essent, ex cōmunicatione castigabant, & reliqua Ecclesia a commercijs illorum sese abstinēbat dōnec emendarentur.

Ipsi em̄ scitis, quemadmodū oporteat nos imitari. Qm̄ non inordinate gessimus nos inter uos, neq; gratis panē manducauimus ab aliq; , sed in labore & fatigatione nocte & die operātes, ne quē uestre grauaremus.

Ita quidem hortatur nos Apostolus, ad exempli sui imitationē, quod huiusmodi hoc loco prædicat: Non fuimus in ordinati. Quia non manducauimus gratis panem ab aliquo, sed laborātes & opus faciētes, de nostro uiximus. Qualia de se etiam alijs locis scribit, ut Act. xx. Ipsi scitis, quod ea quę mihi opus erāt, et his q̄ me cū sunt, ministrauerūt manus iſte. Et, i. Cor. xij. Quid est qd̄ præ cæteris minus habuistis, nisi qd̄ nō grauauimus uos? Quapropter Paulus, ne qd̄ ut Euangelicus doct̄or, uoluit Ecclesię sumptibus semper ali, etiāsi iure hoc potuisset. Sed certis de causis abstinuit: de qua peculiari sua gloria, uide quę scribat, i. Cor. ix.

Eos igit̄ reprehendit Paulini exempli  
colla

collatio, nō qui cum agūt Ecclesię doctores illius sumptibus alunt, aut q̄ paupertate pressi, morbis & ueris alijs difficultatibus impediti, ne de suo uiuere queār, & ideo de ecclesię facultatibus nutriunt, sed qui, cū nihil utiles sint Ecclesię, plerū que etiā noxi, ualētes et robusti, ut opus facientes de suo uiuere possent, tñ in illa turpiter ocio suo consulunt, & de alieno uiuūt. Quales etiā dedecori sunt Christiano nomini, et offendicula multa in Ecclesia gignunt. Nec fere nisi hostes doctrine Euāgelij agunt. Et hæc manifesta turpitudine, qua suum impium ocium de Ecclesię elemosyna fouent, est per se graue peccatum, Ecclesię censura castigandum.

Nō quasi nō habuerimus potestatem, sed ut nosmetipsos formam daremus ad imitandū. Nā & cū essemus apud uos, hoc p̄cipiebamus uobis, ut si q̄s nollet operari, is nec ederet.

Paulus quanq̄ non uteretur concessa sibi ut Euangelico Doctore potestate, q̄ Ecclesię sumptibus iure nutrit: tñ defendit hoc ius, de quo longe plura scribit, i. Cor. ix. & i. Timor. v. Debet igit̄ integre seruari, ut a Deo cōcessum est, & lege naturæ corroboratū, qua dignus est qlibet

COMMENT. IN II. EPIST.

operarius mercede sua. Nisi aliud suadeat tempus & occasio, aut aliæ circumstantiæ. Tunc enim cedit nō nihil de iure suo Evangelicus Doctor, ne quod offendiculum det Euāgelio Christi. Quid enim fiat, si Doctores per auariciā omnia auideant? Satis igitur liquet, quatenus sese Paulus, ea in re qua noluit Ecclesiæ sumptibus ali, formam alijs exhibeat ad imitandum. Nam gloriæ Euangelij primas in omnibus debemus: & dilectionis est, operam dare ne cui graues simus & scādala uitemus. Sed hæc impio Papistarū ocio nihil patrociniātur, quin etiam istis proprie dici existimemus: si quis nō uult operari, is nec māducat. Nam inertibus istis, de Ecclesiæ facultatibus, nihil quicquam debetur.

Vide enim ut ornent Euangelium & quomodo utiles sint Ecclesiæ, qui sunt de Papistarū grege, cuius maxima multitudo: quid habet, nisi homines pigros, inertes, ociosos, uentres, auaros, ambitiosos, scortatores, omnium uiciorum lernas, insigniter indoctos, atq; ignaros sacrarū literarum, quin etiam acerbissimos hostes doctrinæ fidei in Christum? Qui tamen in Ecclesiæ opibus iuxta omne desyderium suum libidinātur, & porcorum



corum in morem uolutatur. In quos apertissime quadrant illa, ij. Pet. ij. Pro uoluptate ducunt quotidianum luxum, labes & maculae, delitijs affluentes, in elemosynis uestris luxuriantes, oculos habentes plenos adulteri, non cessantes peccare, pellicientes animas infirmas, cor exercitatum per auariciam habentes. De qualibus importunis & inordinatis hominibus extat copiosum aliud scriptum, ij. Timoth. iij. Et ad Titum cap. i. dicunt effrenes, uaniloqui & mentium deceptores, qui & doceant, quae non oportet, idque turpis lucri gratia, Cuius cupiditate uidemus Papistas nihil non audere.

Audiuimus enim inter uos quosdam ambulare inordinate, nihil operis facientes, sed curiose agentes. His autem qui tales sunt praecipimus, & obsecramus per Dominum Iesum Christum, ut cum quiete operantes, suum panem manducent.

Si non sunt ferendi, qui suum ocium de Ecclesiae bonis fouent, quanto minus ferendi sunt, qui isti impio ocio coniungunt ea uicia, de quibus iam dixi. Deinde, Episcopi & Doctores, qui non mo-

COMMENT. IN II. EPIST.

do nihil, quod officij sui est, faciunt: uerum etiam contraria officio agunt, nihilque nisi dominia & tyrannides in Ecclesia quærunt. Isti enim quibus commissa est Ecclesiæ cura, quam præstare negligunt, & sua tantum quærunt, sibi non tantum sunt noxij, sed etiam totas Ecclesias perdunt. Siquidem consolationem æternæ uitæ illi eripiunt, quam perfidiam in Episcopo et Doctore nõ esse tolerabilẽ, quis nõ uidet? Deus certe castigat ac punit eam æterna morte: ut est Ezech. iij. atque alijs locis. In Ecclesia aut non est ferenda, ne isti auari & ambitiosi, dominationis cupidi, plures secum perdant.

Quapropter non est frustra, quod Paulus tam copiose & diligenter cõtra tales scribit, qui nullam curam dominici gregis agunt, & in his rebus tantum sunt curiosi, quæ ad fouendum luxum, auariciam, tyrannides, & his similia, faciunt. Vtinam isti audiant Apostolum præcipientem & obsecrantem, per Dominum Iesum Christum, ut cum quiete operâtes, suum panem manducant. Ac desinant esse graues alijs, ac pudeat eos turpiter affectati ocij, & facultatum Ecclesiæ scelerate distractarum. Cedant officio, & curam Ecclesiasticæ ministrations idoneis commit-

cōmittant, ne sint exitiales alijs. Multoq; minus uexent Ecclesias per suas impias censuras, inutiles leges & noxias constitutiones, de quibus in alio scripto nō nihil dicemus. Aut certe, si commissam ministracionem retinere uelint, faciant officium se & Apostolica cura dignum, seruiant honori Christi & doctrinæ Evangelij in nullo desint. Suscipiant pauperū curam, & scholas conseruent. Nam Episcopi, qui hæc facere negligunt, & contraria faciunt, quemadmodum fit hoc tēpore, sunt inutiles ac noxi, in Ecclesia Dei minime ferendi.

Vos autem fratres, nolite deficere beneficientes.

Hæc quanq̄ uideat̄ generalis sententia esse, de perseuerando ac proficiendo in quolibet bono opere, homini Christiano præcepto: tñ Paulus hoc potissimum agit, ne qui deficiāt in largiendo eleemosynam, sine fatigatione, quisq; pro sua facultate, in usus pauperū, & reliquas publicarum utilitatum necessitates. Ut in illo Gal. vi. Ergo dum tempus habemus operemur bonum erga omnes, maxime autem erga domesticos fidei.

Quod si quis non obedierit uer-

bo nostro, per Epistolam hunc note-  
te, & non commisceamini cum illo,  
ut confundatur. Neque uelut inimi-  
cū habeatis, sed admonete, ut fratrē.

Hæc in contumaces scribit, qui frater  
nam correptionē nullam ferunt, ac mo-  
dum præscribit, quomodo sint tractādi.  
Eos primum uoluit sibi indicari, qui nā  
essent, ut sua autoritate intercedente, ut  
Apostoli Christi, facilius emendari pos-  
sent. Postea iubet tales a cōsortio bono-  
rum excludendos esse, cum haberēt pec-  
catum, apud Christianos non ferēdum.  
Loquitur autem de illis, qui in impio o-  
cio erant, de quibus hætenus dictū est.  
Postremum ita tractandos tamen præci-  
pīt, ut amica correptione emendētur po-  
tius, quam abiiciantur. Adhibenda est e-  
nim excommunicatio, ut seruiat excom-  
municato in salutiferam medelam. Pro-  
inde nulli facinorosi ferendi sunt, i. Cor.  
v. Nescitis, quod modicum fermentum  
totam massam inficit. Item, auferte malū  
ex uobis ipsis. Et tamen leniter & mansue-  
te corripiendi sunt, ne se existiment dam-  
nari potius, quam ad salutem retrahi. Et  
de illo modo correptiōis, uide quæ Pau-  
lus scribat, Gala. vi. Vbi inquit: fratres si  
præoccupa

præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spirituales estis, talē instaurate mansueto spiritu, &c.

Ipse autem Dominus pacis, det uobis pacem semper, & omnibus modis.

Paulus hac precatione & sequētibz, quibus utitur salutatiōis uice, seu ultimū uale, concludit Epistolam. Optat autem Thessalonicensibus in rebus omnibus prosperitatem et fœlicitatem, nempe, pacem quæ duret semper, & omnibus modis contingat, id est, in rebus omnibus, tam corporalibus q̄ spiritualibus tranquillitatem & fœlicem successum. Vocat autem Dominum pacis, aut Deum Patrem, ut quem habemus authorem & largitorem omnis fœlicitatis, & læti ac prosperi successus. Aut Do. Christum, qui idem est cum Patre Deus, & Ecclesiā suam quibuslibet bonis replet, illiq̄ cōseruat quæ largitur. Hęc igitur pacem & nobis precemur, cum ut nulla unq̄ peccati conscientia periculose tentemur aut terreamur, tum etiam, ut in hoc presenti tempore quietam & tranquillam uitam agamus, cum omni pietate & grauitate.

Dominus sit cum omnibus uobis.

COMMENT. IN. II. EPIST.

Id est, Dñs sit Dux & gubernator ueſter, qui uos protegat, defendat, & res ueſtras oēs iuuet, disponat, ordinet, atq; ita dirigat, ut ſint honori eiusmet nomini, uobis & uniuerſę Eccleſię utiles. Nam et conſtat Dñm Chriſtum, ſuis illis, q̄ fiduciam præſentię & auxilię eius habent, ita p̄petuo a deſſe, uſq; ad conſummationem omnium ſeculorum, donec immortalis uitę gloria eoſdem coronet.

Salutatio mea manu Pauli, quod eſt ſignũ in omni Epistoſa. Ita ſcribo.

Ita quibusdã peculiaribus notis cõſueuit Paulus ſua ſcripta defendere, & excludere ſuppoſiticia, quę pseudoapõſtoli paſſim ipſius noię ſpergebant in Eccleſijs, cũ ſuas impietates & falſa dogmata aliter p̄pagare non poſſent. Qua de re & ſupra ab initio, ij. ca. non nihil annotaui.

Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti ſit cum omnibus uobis. Amen.

Hac precatone, nõ aliud dicit, q̄ illa ſuperiore: Dñs ſit cum omnibus uobis. Sępe autem ingeminantur huiuſmodi ſalutationes in clauſulis Epistoſarũ. Nec opus habeo ulteriore expoſitione, q̄ quę ſupra frequenter tradita eſt.

Miſſa fuit ex Athenis.

F I N I S.



086.6.11.3664



